This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



DISPENSATO-
RIUM
PHARMACEUTICUM
VIENNENSE.



Andreas et Josephus Schmuzer Univ. Vien. Calcographi Sculpserunt

61 "17" D631 r

DISPENSATO-RIUM PHARMACEUTICUM AUSTRIACO-VIENNENSE,

IN QUO

HODIERNA DIE USUALIORA

MEDICAMENTA

SECUNDUM ARTIS REGULAS COMPONENDA VISUNTUR.

CUM

Sacræ Cæſareæ Regiæquè Catho-licæ Majeſtatis

PRIVILEGIO.

SUMPTIBUS

COLLEGII PHARMACEUTICI VIENNENSIS.

VIENNÆ AUSTRIÆ

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ MDCCXXIX.

Typis Joannis Jacobi Kürner, Inferioris Auſtriæ Typographi.

AUGUSTISSIMO,
POTENTISSIMO,
INVICTISSIMO
ROMANORUM
IMPERATORI


CAROLO

SEXTO,

Germaniæ, Hiſpaniarum,
Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,
Croatiæ, Sclavoniæ, &c.

REGI,

Archi-Duci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, & Wirtenbergæ, Comiti Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ & Gradiſcæ, &c. &c.



SACRATISSIME CÆSAR, DOMINE, DOMINE Clementiſſime.

QUi *poſt plurium annorum vigilias in lucem prodit liber, ad* SACRATISSIMÆ MAJESTATIS VESTRÆ *pedes ſeſe conjicit; &, dum à Clementiſſimo Auguſti Sideris influxu foveri implorat, regnorum ampliſſimorum* DOMINO, & *orbis* MODERATORI tria medentium

dentium regna *ſubſternit. Artium & ſcientiarum, quarum culturâ reipublicæ ſalus viget, illud hactenus certamen fuit; ut lucubrationum, & induſtriæ ſuæ partus ad* CÆSARIS *illius ſolium adferrent, quem* VINDICEM, FAUTOREM, & INSTAURATOREM *ſuum omnes deprædicant. Prævenerunt nos plurimæ; hoc tandem in volumine minimè poſtrema ſeſe ſiſtit* Pharmaceutica. *Rerum, quas vaſtiſſimus naturæ ſinus complectitur, propè omnium coordinatio; iteranda non ſemel tentamina, & ad experimentorum trutinam revocanda, non poterant non longiores moras injicere; atque ſatiùs duximus, immaturæ temeritatis, quam dilati obſequii notam effugere.*

Dolebamus ſanè miſeram ægrotantium ſortem, cui ſæpenumerò plus moleſtiæ, periculivê à medendi diſcrepantia, quàm à morborum conflictu

ſlictu imminebat ; dum in parandis pharmacis ars ſibi contradiceret , atque ideo ſaluberrima medentium ſtudia aut eluderet penitus , aut diutiùs in ancipiti ſuſpenderet. Diſſidio modum hoc opere ſtatuimus , & dum diſciplinam in partes ſciſſam , ſtabilem ad normam , legémque revocamus , unà & medentium curas tutiori in loco reponimus , & ægris levamen aſſerimus. Neque tamen eſt , quod hunc conatum noſtrum , ſaluti publicæ dicatum , & labore , ſtudio , ac ære non modico paratum ab omni metu abſolutum putemus ; niſi Sacratiſſimis MAJESTATIS VESTRÆ *auſpiciis protegatur. Fuère, & erunt forſitan viri doctrinâ , & arte præſtantes , qui in contrariam à nobis ſententiam abeant ; Sed quis laceſſere audeat , quod ipſa in fronte* AUGUSTO NUMINE *munitum viderit ? ſi verò* DEO *Simillimos Principes efficit publica pro incolu-*

columitate excubans providentia ; artem , quâ non commodis, opibus, ac fortunis , ſed ſaluti , ac vitæ hominum conſulitur , â MAJESTATE VESTRA *protectum iri , nemo eſt , qui ſeu velit , ſeu poſſit ambigere.*

Hæc igitur ſtudia noſtra , quæ pro communi omnium ſalute publica eſſe voluimus , ad MAJESTATIS VESTRÆ *ſolium procumbunt.* Ratio , & Experientia , *quibus duce & Magiſtrâ uſi fuimus* , CÆSARI ORBIS SOSPITATORI *volumen offerunt ; quod dum medelæ parandæ , atque adeo valetudini vel ſtabiliendæ, vel reparandæ rationem continet , id unum* DEUM *Optimum Maximum precamur , ut* MAJESTATEM VESTRAM, *in qua vitam , ſalutem , & incolumitatem ſuam florentiſſima regna , & mundi pars melior reſpiciunt,*

ciunt, artis noſtræ ſubſidiis minimè indigam, nobis, & humani generis bono quàm diutiſſimè Soſpitem indulgeat

ITA VOVET

SACRATISSIMÆ MAJE-STATI VESTRÆ

Submiſſiſſimum Collegium
PHARMACEUTICUM VIENNENSE.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

NOs CAROLUS Sextus Divinâ favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtenbergæ, Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, & Gradiſcæ, &c. &c. Recognoſcimus & notum facimus tenore Præſentium, quibus expedit, quòd nobis fideles, nobis dilecti Pharmacopæi, Civitatis hujus noſtræ Viennæ humillimè expoſuerint, ob multas medicamenta tam compoſita, quàm chymica parandi varietates, quibus mens & praxis Medici non niſi confundi, & in dubitandi periculum, erroremque abduci potuiſſet, jam dudum ſe ſolicitos fuiſſe, ut certa, ſtabilis, rataque ſtatueretur regula, ad quam ſe omnis parandorum medicaminum ratio conformare poſſit, huncque in finem opus quoddam Pharmacologicum ab ipſis longo tempore & induſtriâ congeſtum: Diſpenſatorium Pharmaceuticum Viennenſe intitulatum, typis evulgare conſtituiſſe, vereri autem, ne æmulorum fraude, qui editionem iſtam doloſè imitentur, laboris & impendii ſui fructu deſtituantur; eáque propter ſupplices rogaſſe, ut non tantum hac in parte eorum indemnitati Privilegiô noſtrô conſulere, ſed dictum quoque Diſpenſatorium Pharmaceuticum ab omnibus Pharmacopæis pro normâ & regulâ abſolutè reſpiciendum habendumque clementer decernere dignaremur. Nos itaque juſtis prænominatorum Pharmacopæorum precibus benignè annuentes, eisdem dictum opus, ex quô â Facultate Medicâ Viennenſi perluſtratum & approbatum fuerat, imprimendi, & divendendi ad viginti annos plenariam Facultatem vigore præſentis Noſtri Diplomatis clementer impertimur, illudque pro normâ parandi Medicamenta ab omnibus Pharmacopæis deinceps obſervandum, & habendum ſtatuimus & mandamus, inſuper etiam inhibemus, ne quis Typographorum, Bibliopolarum, aut aliorum quorumcúnq; librariam negotiationem exercentium nominatum Diſpenſatorium Pharmaceuticum Viennenſe per Regna & Dominia noſtra hæreditaria intra Vicennium ab ipſa editione computandum, ſimili, aut alio quopiam typo, charactere, vel formâ, ſive in parte, mutatoque titulo, vel in aliam linguam translatum recudere, aut alii recudendum dare,

aut

aut etiam alibi recuſum apportare, venundare, aut diſtrahere clàm aut palàm citra voluntatem atque conſenſum prædictorum ſupplicantium auſit vel præſumat, ſi quis verò Edictum hoc Noſtrum transgredi, aut quovis modo violare auſus fuerit, is ejusmodi typis omnibus ab antedictis Pharmacopæis Viennenſibus auxilio Magiſtratûs, ubicúnque reperti fuerint, vindicandis ſe noverit ipsô factô privandum, ac præterea pœnam quinque *marcarum auri puri* fiſco noſtro fraudis vindici toties, quoties contra factum fuerit, perſolvendam incurſurum: Dummodò tamen opus iſtud tenorem hujus noſtri Privilegii in fronte præimpreſſum ad cujusque notitiam exhibeat, & aliqua ejus exemplaria ad Cancellariam noſtram Auſtriacam Aulico-Intimam mittantur. Mandamus igitur univerſis & ſingulis Regnorum ac Provinciarum noſtrarum Hæreditariarum ſubditis & fidelibus noſtris dilectis tam Eccleſiaſticis, quam Sæcularibus, cujuscunque ſtatûs, gradûs, ordinis, dignitatis, aut conditionis exiſtant, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti, vel propriô, vel ſuperiorum nomine & loco jus, & juſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quemquam privilegium & edictum hoc noſtrum temerè & impunè tranſgredi aut violare ſinant, quin potiùs, ſi quos forte contumaces compererint, præſcriptâ pœnâ plecti, aliisque modis idoneis coërceri curent, ſi & ipſimet eandem mulctam, & gravem noſtram indignationem incurrere noluerint; harum Teſtimonio literarum manu noſtrâ ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Cæſarei, Regii & Archiducalis appenſione munitarum, quæ datæ in Arce noſtrâ Laxenburgi die trigeſimâ menſis Aprilis Annô ſupra Milleſimum Septingenteſimô Vigeſimô Nono, Regnorum Noſtrorum, Romani Decimô Octavô, Hiſpanicorum Vigiſimô Sextô, Hungarici & Bohemici verò Decimô Nonô.

Carolus.

L.S.

Philippus Lud. Com. â Sinzendorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ,
& Cathol. Majeſt. proprium.

Matthias Benedictus Finſterwalder.

AD LECTOREM.

UT mentem noſtram liquidiùs perſpiceres, Lector Benevole, in libri fronte expreſſam emblemmate, ipſis illam ſubjecimus oculis. Si quem tamen & hìc adumbrata figuris veritas Œdipum poſtulet: *Diſpenſatorium Pharmaceuticum Viennenſe* aſpicis, quod *Ratio*, atque *Experientia*, unica ad inveniendas, perficiendáſque artes adminicula, Magnæ bonarum artium Parenti, & Altrici *Auguſtæ Vindobonæ*, & in hac orbi, cumprimis Auſtriaco, porrigunt: quî enim ignoret orbis noſter? quod Vienna didicerit, probaverit, ſit amplexa. Quo quidem in opere publicam in lucem emittendo, ſi conſilium noſtrum nôſſe deſideras, tuam unicè communémque populorum utilitatem, atque incolumitatem præ oculis habuimus. Cùm enim in rebus, etiam ſaluberrimis, nimia opinionum, praxeóſque varietas facilè in errorem, aut errandi periculum inducere ſoleat, in Pharmaceutica autem (in qua, non ſecùs ac in bello peccare plerumque bis non licet) in graviſſimam eorum, quo-

rum de ſalute, ac vita agitur, jacturam error abripiat, publicæ intereſſe ſalutis exiſtimavimus, in certum, ſtabilemque ordinem, quidquid aut Muſæa nostra elucubrant, aut diſtillant foculi, aut elaborant officinæ, redigere, certámque ſtatuere regulam, ad quam ſe omnis parandorum ægris medicaminum ratio conformet. Nempè, quod rebus omnibus virtutem, cumprimis atquè ſalubritatem præbet, ordo eſt, certáque quædam agendi regula. Si promiſcuam ſibi actionem elementa vendicent, & calorem terra, humorem ignis, ſiccitatem aër infundere corporibus geſtiant, orbem perdent, quem hodie ſervato inter ſeſe naturæ ordine componunt. Aſtra ipſa (quibus quid tum ad conſervationem orbis, tum cumprimis humanorum ſalutem corporum efficacius?) an non in ſtabili illa ſtati curſûs, recurſúsque lege, atque influxuum contemperatione, ſublunarium rerum incolumitati, ſalutíque conſulunt? Id ut innueremus, *Zodiacum* in emblemmate pinximus, ſpectabilem maximè cæleſtium motuum limitem, atque regulam. Nunquam aut Eclipticam Phæbus, aut Zodiaci fines Planetæ reliqui egrediuntur, quòd iis hos terminos, quo naturæ conſulant, rerum Author deſcripſerit: ita & limite ſuo ſtabilis quædam lex, atquè ordo, illuſtria quamvis, circumſcribat ingenia, quò certiore tramite in ſalutem ægrotantium conſpirent.

Quid? quòd hoc in conſilio ipſius naturæ Authoris maximi exemplum æmulemur, tribus ille digitis (quos pondus, menſuram, numerum, Sapientes interpretantur) ſuſpendit orbem; id eſt: regit, ac temperat. Tolle pondus rebus, commixta intra ſeſe fluitabit moles, priſcúmque in chaos defluet; tolle

tolle menſuram, ſuis exerrantia ſpatiis elementa in alternum collidentur exitium; tolle numerum, dum hic redundat, illic deficit, orbis ſolutâ demum compage fatiſcet. Eadem porrò hæc, quemadmodum Pharmaceuticæ noſtræ prima veluti rudimenta, ita baſis, atquè fundamenta ſunt, quibus ſalvis, incolumis ipſa mortalium conſulat incolumitati. Hæc ut perenni ſtent immota lege, Diſpenſatoriô hôc noſtrô adnitimur; quô medicaminum pondus, menſuram, numerum, exactô ad unguem calculô ſtatuimus, æſtimationem etiam, pretiúmque æquiſſimum; nè quid ad ſtabilem, ratúmque ordinem deſideretur, definimus. Qua in re vel illud ex longiore meditandi ſpatio compendii cœpimus, quòd, quæ in editis ante nos aliorum per Germaniam, Galliam, Angliam, hujusce generis voluminibus eminent, aſſenſu noſtro comprobare, quæ minus aut climati noſtro, aut temperiei hominum, aut experientiæ convenire novimus, emendatiora reddere licuit. Hoc igitur opus, tuis unicè commodis ſacrum, tibi in manus *Ratio*, atque *Experientia* conſignant.

In quo, ſi ſuo comprobantem aſſenſu ſuffragatorem habent *Æſculapium*, quem pronâ cervice annuentem aſpicis; ſi dextero fruuntur *Mercuriô*, qui *Virgam*, quâ dudum defunctos fatis ſuis manes in vitam, ac corpora revocare vates memorant, in artis præconium, atque venerationem inclinat; ſi benignos ſuo ex *Zodiaco* influxus ſpondent ſidera; ſi profuſas largè opes *Triplici è regno ſuo Natura* accommodat; ſi denique queis ancillari naturam arti cogas, inſtrumenta, atque *apparatum artis Genii* ſuppeditant; id unum ſupereſt, ut tu quoque, Lector benevole, conatui huic noſtro, quâ bonas omnes artes complec-

 teris,

teris, faveas. Vale, ac utere. Et, ſi ejusdem nobiſcum artis conſors, & cultor es, magnum inde operæ tuæ compendium, magnam ſucceſſibus, fortuníſque tuis acceſſionem experieris; Si amicus & fautor, quem ad pharmacorum uſum curandæ valetudinis ſtudium, aut neceſſitas impellat, conatum hunc noſtrum ſaluti, & incolumitati tuæ copiosè proficuum perſentiſces.

CENSURA.

DIſpenſatorium hoc Viennenſe magnâ induſtriâ elaboratum, & tam quoad mentem Veterum, quàm Neotericorum concinnatum ad amuſſim perlegi, cumquè non ſolùm ſaluti ægrotantium, ſed vel maximè intentioni ordinantium, & ſummè neceſſariæ harmoniæ Collegii Pharmaceutici non minimam utilitatem afferre judicem, hinc opus hoc, ſuperiorum indultu, typis mandari & divulgari meretur.

Joan. Franc. Rauch, Theoriæ Medicæ Prof. Publ. Ord. & Aulæ Cæſ. Medicus.

PRæſens Diſpenſatorium Pharmaceuticum Viennenſe nobis commiſſionaliter prælectum ego infraſcriptus attentâ mente perpendi, idemquè tam quoad galenica quàm ſpagyrica medicamenta variis in locis taliter correctum agnovi, ut ſuperflua minusquè utilia omiſſa, econtra alia magis neceſſaria & multò efficaciora, noviterquè inventa, ac experientiâ comprobata majori ratione ſubſtituta compererim, quapropter comme-

moratum Diſpenſatorium bono publico ubiquè profuturum, non ſolum typis publicis, ſed omni commendatione dignum judicavi.

Carolus Wolffgangus S. R. I. Eques de Lebzeltern Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, hujusquè Profeſſor Publicus Primarius, & Senior Conſiſtorialis, Sacræ Cæſareæ ac Catholicæ Majeſtatis Conſiliarius & Perſonæ Medicus.

OPus hoc imprimi poſſe Cenſeo, ſi ita videbitur Perilluſtri ac Magnifico Domino Univerſitatis Rectori.

Maximilianus Tammen de Oldendorff, Incl. Facult. Medic. p. t. Decanus.

IMPRIMATUR.

Joannes Baptiſta Philippus Ritter de Redderſthall, Philoſ. & Medicinæ Doctor, ac p. t. Celeberrimæ & Antiquiſſimæ Univerſitatis Viennenſis Rector.

PRO-

PROLEGOMENON PHARMACEUTICUM

CONTINENS

Diverſa vocabula Pharmacopæo ſcitu neceſſaria.

ABlutio denotat materiam â particulis impuris affuſione aquæ mundificare, vel â ſalibus liberare.

Abſtrahere eſt liquidum vel menſtruum mediante deſtillatione ſeparare.

Acuere ſeu Acuare eſt rem fortiorem reddere, vel ſtimulum eidem addere, quod maximè contingit cum diagrydio, trochiſcis alhandali & aliis fortioribus in parva quantitate addendo.

Aduſtio vel Combuſtio ſpagyrica dicitur, quando commiſcetur aut aduritur, aut corrumpitur humiditas ſubſtantialis rerum.

Alcaheſt, *Alkaheſt* & *Altaheſt* eſt ſal univerſale trium regnorum animalis, mineralis & vegetabilis climata pervadens, eſt generale ſolvens, perenne, & immutabile.

Alcaheſt glauberi eſt liquor nitri fixi.

Alcol, *Alcool* & *Alcohol* eſt ſubtiliſſimus & impalpabilis pulvis, alcohol vini eſt ſpiritus vini rectificatiſſimus, dicitur etiam ſulphur cœleſte.

Alkali eſt omne ſal lixivioſum, generaliter verò ſumuntur cineres clavellati, qui ex vini fæcibus poſt ſpiritûs vini deſtillationem relictis per combuſtionem & elixiviationem fiunt.

Alembicus eſt capitellum roſtratum, quod vaſis inferioribus ad recipiendos vapores imponitur.

Alembicus cæcus eſt capitellum ſine roſtro ſublimationibus & digeſtionibus inſerviens.

Amalgama eſt commixtio alicujus metalli cum mercurio vivo.

Amphora eſt menſura liquidorum apud veteres.

Amuletum dicitur & Periama ſeu Xenechton, eſt præſervativum externum præcipuè contra peſtem collo appenſum.

Ana, *ā*, *āā* vel anatica portio denotat æqualem diverſorum medicamentorum doſim.

Anacollema eſt linimentum aut aliud medicamentum, quod fronti & naribus adhibetur ad hæmorrhagias ſiſtendas; eſt & remedium incarnans & conglutinans.

Apozema differt â decoctione, quod longiori morâ ſpecies excoquì debeant.

Bolus eſt medicamentum conſiſtentiæ aliquantum durioris quàm electuarium, & plerumquè pro unâdoſi ſumitur.

Calcinare eſt corpora dura vel lapidea mediante igne ita reſolvere, ut in tenuiſſimum pulverem redigi queant.

Calx propriè dicitur, quod calcinando in alcohol converſum, ut calx ſolis, lunæ &c. vel ſaltem friabile factum eſt, ut cornu cervi & ſimilia.

Candiſatio ſoli ſaccharo propria ſignificatio, dum in aqua ſolutum, depuratum, & ad conſiſtentiam ſacchari candi inſpiſſatum in cryſtallos abit, quod candiſare dicitur.

Cataplaſma fit, cum pulveres addito aliquo liquido in pultem convertuntur.

Cauterium eſt remedium cauſticum & eſchoreticum, paratur communiter ex lixivio forti, calce viva & luna in aqua forti ſoluta & inſpiſſata.

Cementatio ſeu ſtratificatio idem eſt ac corroſio ſicca, quâ corpus quoddam metallicum cum ſalibus corrodentibus ſtratificatum calcinatur.

Ceratum â cera ſic dictum, eſt emplaſtrum molliuſculum.

Chymia eſt ars corpora concreta ſolvendi, & ſoluta coagulandi, ut purum ab impuro ſeparetur, & vis medicamentoſa exaltetur, aut promptior reddatur; ſumitur & pro arte transmutandi metalla imperfectiora in perfectiora aurum & argentum, cujus duæ partes ſunt argyropæia & Chryſopæia. Præparat quoquè chymia ex atrociſſimis venenis ſaluberrima alexipharmaca, dicitur & ars deſtillatoria, ars hermetica, ars perfecti magiſterii, ars ſegregativa, ars ſeparatoria & ars ſpagyrica.

Cinefactio, *Cineratio* vel *Incineratio* eſt operatio, quâ è tribus regnis cineres parantur.

Circulatio optimè fit in phiola longioris colli, vel in pelicano vel in cucurbita cum alembico cæco, aut in duplici cucurbita, ubi orificium majoris cucurbitæ recipit collum minoris, ut liquoris pars volatilior ac ſpirituoſior continuò elevari ac recidere poſſit, adeoquè quaſi circulum tranſeat, maturiorquè evadat.

Circulatorium eſt vas vitreum , in quo infuſus liquor aſcendendo & deſcendendo quaſi in circulos rotatur.

Circulus Chymicus eſt inſtrumentum rotundum ferreum vitris abſcindendis aptum.

Clarificatio eſt operatio, qua ſucci vel decocta craſſa clariora redduntur, & fit triplici modo , vel ſubſidentiâ , vel fermentatione , vel additione aceti , albuminis ovi, aut lactis.

Claretum eſt vinum aromaticum ſaccharo edulcoratum ; dicitur & potus hippocraticus.

Coagulatio contingit , quando per evaporationem, exaltationem, ſublimationem & deſtillationem materia diſſoluta coadunatur.

Cohob, *Cohobium & cohobatio* eſt liquoris corpori ſæpiùs affuſi frequens abſtractio , ſeu reiterata affuſio & deſtillatio , vel exaltationis virium gratiâ , vel etiam majoris fixationis causâ.

Colare eſt liquorem per colum panneum vel linteum trajicere.

Colliquatio chymica eſt rei ſolidioris mediante igne liquefactio , quæ & fuſio dicitur.

Collyrium eſt medicamentum externum uſui oculorum dicatum.

Concretio eſt liquoris aut ſucci in maſſam ſolidiorem condenſatio.

Condire ordinariè dicitur , dum vegetabile aliquod ſaccharo ſoluto liquidè permiſcetur.

Congluten & Conglutinatum eſt, quod ex putrefactione in materiam glutinoſam vertitur.

Conjunctio ſpagyrica ſeu connexio eſt fermentatio , conjungere idem eſt ac impraegnare , dealbare, rubificare, dicitur etiam ſolis & lunæ conjunctio.

Conſiſtentia dicitur , cum res ad certam craſſitiem coquitur , uti contingit in ſyrupis , rotulis & ſimilibus.

Conſummatum eſt gelatina ex gallina ſine additione humiditatis procta.

Corroſio chymica eſt, dum res coagulatæ per corrodentes ſpiritus in calcem reducuntur.

Corroſio humida eſt , cum corpus maſſæ cuidam fluidæ , vel acido corrodenti liquori immergitur , atquè ſic calcinatur.

Corroſio Immerſiva eſt , dum corpora aliis rebus immerſa in calcem rediguntur.

Corroſio Vaporoſa , prima per aquas dulces fit , ut in cornu cervi , cornu alcis , quod vel in alembico deſtillatorio , vel in ſingulari ligneo laconico ita emollitur , ut in pulverem â cortice nudatum facilè redigi poſſit. Secunda fit ſuper aquâ forti. Tertia ſuper vapore aceti fit plumbi mortificatio , & corroſiva calcinatio in ceruſ-

d ſam ,

ſam, quarta fit, dum recrementa uvarum putrefacta vaporem corroſivum emittunt, mediante quo Mars & Venus calcinantur. Quinta contingit per vaporem plumbi, corrodendo mercurii vivi pedes, ne amplius currat. Sexta demum proponitur per mercurium & fuliginem â Paracelſo.

Crucibulum eſt fuſorium vas terreum igne fortiſſimo factum, baſi acutâ, deſinens in ampliorem capacitatem formâ triangulari vel rotundâ, adfundenda & eliquanda mineralia & metalla inventum.

Cucurbita cæca eſt vas diſſolutioni ſalium, aliarumquè rerum dicatum, in quod alia cucurbita ſed minor vice versâ imponitur & perlutatur.

Cucurbita vas quoquè chymicum turbinatum eſt ex cupro ſtanno obducto, ex terra, vel vitro confectum, per quod deſtillationes per alembicum inſtituuntur, eſtquè in cucurbitæ vel pyri forma utero turgeſcens, alia cucurbita fundi eſt globoſi, alia plani.

Cupellatio eſt auri & argenti depuratio, mediante plumbo, in furno apto, omnes enim impuritates cum plumbo vel abeunt in vitrum cinereum, vel in fumum.

D. Simpliciter ſcriptum denotat : detur.

Decantare eſt liquorem materiæ alicui ſupereminentem per inclinationem effundere.

Decrepitatio dicitur de ſale communi & conſimilibus, quoniam, dum ſine fuſione ad ignem calcinantur, ſtrepitum ſeu crepitum edunt.

Defenſivum chyrurgis & balneatoribus vulgare nomen, Paracelſus verò ad interna tranſtulit intelligens confortantia, & gravioribus ſymptomatibus reſiſtentia.

Deflagratio eſt operatio, qua medicamenta deflagrantur, hoc eſt : ſubitò per ignem purgantur, ut nitrum cum ſulphure, antimonium cum nitro & conſimilia.

Deliquium, ſeu per deliquium ſolvere eſt rem ſolvendam in locum humidum collocare, ut per ſe in liquorem vertatur.

Depuratio eſt rei cujusdam puræ ab impura ſeparatio, ut eſt deſpumatio & clarificatio.

Deſiccatio eſt ſuperflui humoris vel humiditatis mediante calore evaporatio.

Deſpumare dicitur, cum inter coquendum ſpuma innatans cochleari plerumquè perforato ſæpiùs amovetur.

Deſtillare eſt materiam liquidam volatilem vi ignis per veſicam, alembicum vel retortam in vas recipiens expellere.

Deſtructio chymicis dicitur diſſolutio vel deperditio priſtinæ & nativæ ſuæ formæ vel conſiſtentiæ, & mutatio in alienam.

Detonare dicitur, quod cum flagratione & ſtrepitu calcinatur, ut antimonium cum nitro, & cum tartaro.

Diacryſis denotat chymicam ſolutionem.

Digerere eſt materiam concentrandam, vel maturandam, aut figendam leni & conſtanti calore fovere, & in primo ignis gradu tractare.

Diſpenſatorium dicitur liber Pharmaceuticus continens medicamenta compoſita, quæ uni aut alteri loco practica ſunt & communia.

Diſſolutio eſt, quando ſalia, reſinæ, aut aliud quid in ſpiritu vini, vel alio liquore diſſolvuntur, vel quando corpora arte chymica in ſua elementa rediguntur.

Ebullitio dicitur ſpecies effervescentiæ, vel elixationis fortioris materiæ liquidæ cum generatione bullarum â calore fortiori.

Eclegma eſt medicamentum internum pulmonibus conveniens, ſyrupo craſſius, quod in ore detinetur, ut paulatim per guttur in pulmones delabatur, dicitur & linctus, lambile, Looch.

Edulcorare primò dicitur, ſi calcinata ſale gravida, aquâ ut plurimùm calidâ, tam diu abluantur, donec materia relicta nullum amplius ſalinum ſaporem habeat; ſecundò ſi potiones addito ſaccharo edulcorentur.

Elaboratio eſt operatio manualis, vel eſt ſolutio, aut coadunatio.

Elæoſaccharum eſt mixtura ex oleis deſtillatis cum ſaccharo.

Empyreuma ſeu aduſtum eſt craſſamentum illud viſcidum, quod in aquis deſtillatis ad fundum ſubſidet.

Enema clyſma idem eſt ac clyſter.

Epithema eſt medicamentum liquidum, quod partibus corporis nobilioribus, præſertim cordi & hepati adhibetur.

Evaporare ſeu exhalare, eſt liquorem calori exponere, ut exhalet humiditas.

Exaltatio eſt terminus ſpagyricus denotans ſublimationem, quâ res affectionibus mutata ad altiorem ſubſtantiæ & virtutis dignitatem perducitur.

Fermentare eſt exaltatio rei cujusvis, quâ per fermentum exagitata, & per deſtillationem ſubtilior reddita pars, vel ſpirituoſitas â craſſioribus partibus, fæcibus vel phlegmate in ſublimè elevatur.

Filtratio eſt ſubductio alicujus humidi per filtrum, vel manicam hippocratis.

Fixatio eſt corporum per ſe & naturâ ſuâ volatilium, & facilè mobilium ligatio, qua corpora apta redduntur, ut ignis torturam ſuſtinere valeant; fixatio ſalium volatilium fit per ſpiritus acidos.

Fuſio eſt liquatio per gradus ignis, ut contingit in metallis & mineralibus.

Gargariſmus denotat liquorem, quo os & fauces gargariſando colluuntur.

Gelatina ſeu galreda fit ex raſura cornu cervi, eboris, ungulæ alcis, & aliis ingredientibus; fit etiam ex fructibus acidis ribium, cydoniorum & ſimilibus.

Gradus conſtituuntur â chymicis circa calorem & regimen ignis, & ſunt gradus calcinationis, coagulationis, deſtillationis, digeſtionis, ſolutionis, putrefactionis & tincturæ.

Imbibere vel imprægnare eſt rem humiditate per vices potare, ſeu rem liquore humectare.

Incorporatio eſt commixtio, quâ humida cum ſiccis in unius corporis maſſam coadunantur.

Infuſio eſt extractio virium ex medicamentis per liquorem convenientem facta.

Inſpiſſatio eſt, dum liquida materia evaporando in maſſam tractabilem & debitam conſiſtentiam redigitur.

Interpaſſare dicitur de ſacculis ſeu fomentis ſiccis, idemquè eſt, quod interſuere, ne materia incluſa conglomeretur, ob quam cauſam etiam goſſypio pulveres ſuſcipi ſolent.

Irroratio eſt, cum pulvis vel rotulæ aliquo humido, vel oleo deſtillato guttatim parùm irrorantur.

Lævigare eſt ſuper porphyritico lapide in tenuiſſimum pulverem redigere.

Linimentum eſt unguentum mollioris conſiſtentiæ.

Liquatio competit metallis, ſalibus, pinguedinibus, & ſimilibus, quæ vi caloris fluida fiunt.

Lutum eſt maſſa, quâ mediante primò vitra clauduntur in juncturis, ſecundò: uniuntur, ſi fracta ſunt, tertiò: â vi ignis defenduntur, & pro diverſitate rerum, diverſa parantur luta; ordinarium conficitur ex farina aquâ permixta, quæ paſta ſupra fruſta chartæ extenſa vaſa conjungit; ad vitra fracta componitur lutum ex caſeo recenti farina frumenti & calce viva, vel calx viva miſcetur albumine ovi, & lutum hocce compoſitum cum fruſtulis veſicæ bubulæ humidæ applicatur; fortius lutum conficitur, ſi ex minio & lithargyrio cum oleo lini vel vernice parum coctum, & fractis vitris ſuper linteum extenſum imponatur; lutum ad vaſa lignea idoneum præparatur, ſi reſinæ libra una, terebinthinæ unciæ tres, ceræ unciæ duæ, pulveris vitri contuſi, farinæ laterum, calcis vivæ, pulveris ſquamma-

rum

rum ferri ana uncia unâ invicem ſolvantur, & mixta applicentur, hac mixturâ fontes quoquè picantur. Poſſunt etiam varia alia luta perfici.

Macerare idem eſt ac digerere rem aliquam.

Malaxare idem eſt, quod mollificare, vel maſſam quandam manu ſubigere.

Manica hippocratis eſt ſacculus laneus figurâ pyramidali, quo vina aromatica, & medicamentoſa, aliiquè liquores percolantur.

Matracium eſt ſacculus, qui interpungitur in modum crucis.

Maturatio chymica eſt exaltatio rerum crudarum in maturiorem & magis gratum ſtatum, eademquè eſt cum digeſtione, circulatione & fermentatione.

Menſura medicinalis & menſura Viennæ Auſtriæ ſunt æquales, unaquæquè enim continet libras quatuor ponderis medicinalis.

Menſtruum dicitur liquor, qui ad tincturas extrahendas adhibetur, & â certo dierum numero ita nuncupatur.

Microcoſmi nomine intelligitur homo, ita oſſa, urina, & aliæ partes microcoſmi ſunt oſſa humana, urina humana & aliæ partes humanæ.

Minera propriè dicitur terra ſive materia, ex qua metalla & mineralia eruuntur, ut minera ſolis, minera lunæ, minera veneris, minera Jovis, minera antimonii & reliquorum.

Peſſus eſt medicamentum oblongum ſolidum, pudendo muliebri ex variis cauſis intrudendum.

Pharmaceutica & pharmacia eſt ars medicamenta colligendi, eligendi & componendi; vocatur quoque ars miniſtra ſcientiæ medicæ tradens deſcriptiones medicamentorum, & modum ea ritè adhibendi.

Pharmacochymia eſt ea artis chymicæ pars, qua traduntur præcepta præparationum chymicarum, ſaluti humanæ inſervientium.

Pharmacopæus, Pharmacopola, Apothecarius & Medicamentarius in Germania ſunt iidem, licet in Galliis pharmacopæus ſit medicamenta componens, & pharmacopola eadem vendens; noſtrates pharmacopæi colligunt, eligunt, componunt, præparant, & ſimul publico exponunt medicamenta, hinc manûs medici dextræ prærogativam obtinuerunt; eſtquè pharmacopæus artifex, callens modum ritè præparandi tam ſimplicia quàm compoſita medicamenta.

Pharmacopæa, Pharmacologia, Pharmacopolium & Apotheca, eſt doctrina medicamentorum parandorum, & locus, ubi proſtant medicamenta tam ſimplicia quàm compoſita & chymica.

Præcipitare dicitur, dum in liquore ſolutio facta per contrarium liquorem ad fundum præcipitatur.

Purificare eſt â ſordibus ſeparare, fitquè lavando, clarificando, filtrando, & digerendo.

Quinta Eſſentia propriè notat ſpiritum deſtillatum ex ſuccis fermentatione exaltatis.

Rectificare eſt blando calore deſtillare, ut pars magis ſpirituoſa ac volatilis eliciatur, relicto phlegmate ſeu parte aquoſâ in fundo.

Reductio eſt operatio, per quam calces in priorem formam metallicam reſtituuntur, fitquè fuſione vel ſolo igne, vel igne & bitumine, vel igne & ſalibus; huc pertinet revivicatio mercurii, dum is aut ſublimatus, aut ſolutus, aut præcipitatus priſtino fluori reſtituitur.

Refrigeratorium chymicis eſt vas illud, quod aquam frigidam continet, quâ mediante vapores in deſtillatione exaltati per refrigerationem condenſantur in aqueam ſubſtantiam, ſive roſtrum alembici tranſeat, ſive ipſum ambiat alembicum, ſive alio modo adhibeatur.

Reverberatio terminus eſt technicus in chymia ſignificans ignitionem, qua corpora igne vivo repercutiente & reverberante in calcem ſubtiliorem, aut fuſionem reducuntur.

Reverberatorium ſive reverberium eſt furnus ſeu fornax chymica, in qua per flammam materialia calcinantur.

Roſtrum dicitur fiſtula illa, quæ galeis ſeu capitellis deſtillatoriis contigua eſt, per quam ex galea liquor deſtillatus inreceptaculum ſuppoſitum deſtillatur.

Separare denotat, dum oleum ab aqua ſeparatur, quod fit per tritorium anguſti in fundo orificii, vel per goſſypium, vel per chartam emporeticam.

Sigillare hermeticè eſt vitrum igne fuſorio liquatum claudere.

Sinapiſmus eſt cataplaſma vel maſſa maximè conſiſtens exfermento acri, ſinapi & aliis ingredientibus, plantæ pedum, vel alteri parti cutis impoſita, ruborem, ardorem & veſicas inducens.

Sparadrapum eſt linteum, vel etiam charta emplaſtro ad ignem fluenti immerſum, extenſum & refrigeratum.

Stratificare ſeu ſtratum ſuper ſtratum facere idem eſt, ac metallum laminatum & pulveres ſtratificando alternatim ſtruere, nimirùm primò ſternendum eſt ſtratum pulveris, hinc imponenda lamina metallica, dein rurſus pulvis, & ſic continuando, donec pulvis ſtratum claudat.

Sublimare eſt particularum volatilium â fixis ſeparatio, & quidem viâ ſiccâ parantur taliter flores, ſalia volatilia, cinnabaris, mercurialia & alia.

Suppoſitorium eſt medicamentum ſolidum inſtar digiti in anum intrudendum.

Veſica deſtillatoria eſt vas æneum ſeu metallicum ex cupro in forma veſicæ vel ovi factum, duorum vel trium pedum altitudinis & convenientis latitudinis; circa veſtigium apertum, ut intra ſinum ſuum convenientem alembicum recipere valeat; alembicus cum roſtro ejus debet inferiùs ſtanno obduci.

Obſervationes circa varia ſimplicia ſub uno nomine ſæpiùs comprehenſa.

Quinque herbæ emollientes	Malva, Althæa, Violaria, Mercurialis, Parietaria.
Quinquè radices aperientes majores	Apii, Fœniculi, Aſparagi, Petroſelini, Ruſci.
Quinquè radices aperientes minores	Graminis, Rubiæ, Eryngii, Capparis, Ononidis.
Quinquè genera myrobalanorum	Citrinæ ſeu flavæ, Chebulæ ſeu cepulæ, Indæ ſeu nigræ, Emblicæ, Belliricæ.
Quinquè lapides pretioſi	Sapphiri, Granati, Smaragdi, Hyacinthi, Carneoli ſeu ſardæ.
Quinquè herbæ capillares	Adianthum nigrũ ſeu capillus veneris, Adianthum album ſeu ruta muraria, Polytrichon aureum, Trichomanes, Aſplenium ſeu ceterach.

 Qua-

Quatuor ſemina calida majora	Aniſi, Fœniculi, Carvi, Cumini.
Quatuor ſemina calida minora.	Ammeos, Amomi, Apii, Dauci.
Quatuor ſemina frigida majora	Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Melonum.
Quatuor ſemina frigida minora	Endiviæ, Scariolæ, Lactucæ, Portulacæ.
Quatuor flores cordiales	Borraginis, Bugloſſi, Roſarum, Violarum.
Quatuor aquæ pleuriticæ.	Cardui benedicti, Cardui Mariæ, Taraxaci, Scabioſæ.
Quatuor aquæ catarrhales	Farfaræ, Scabioſæ, Taraxaci, Veronicæ.
Quatuor unguenta calida.	Nervinum, Martiatum, Althææ, Agrippæ.
Quatuor unguenta frigida	Album camphoratum, Roſatum meſues, Populeum, Infrigidans galeni.
Tres aquæ puerperarum	Cardui Mariæ, Chamæpityos, Meliſſæ.

Tria

Tria olea ſtomachica: Abſynthii, Cydoniorum, Maſtichinum.

Tria ſalia ſtomachica: Abſynthii, Cardui benedicti, Centaurii minoris.

Sequuntur Pondera medicinalia cum ſuis ſignis.

Gr. gr.		Granum unum e. g. ponderis piperis.
℈s.		Medium ſcrupulum, id eſt: decem grana.
℈1.		Unum ſcrupulum, id eſt: viginti grana.
ʒ1.		Drachmam unam, ſeu tres ſcrupulos, id eſt: grana ſexaginta.
℥s		Mediam unciam ſeu quatuor drachmas, aut ſcrupulos duodecim.
℥i		Unciam unam ſeu octo drachmas, aut ſcrupulos viginti quatuor.
℥iii	Denotat	Uncias tres, ſeu quadrantem libræ Pharmaceuticæ.
℔. s.		Mediam libram, ſeu uncias ſex.
℔1.		Libram unam, ſeu uncias duodecim.
m. 1.		Manipulum, id eſt: quantum unâ manu prehendi poteſt.
m.s.		Manipulum ſemis, id eſt: medietatem prioris.
p. 1.		Pugillum, id eſt: quod tribus digitis comprehenditur.
p. s.		Pugillum ſemis, ſeu: quod duobus digitis comprehenditur.
Adpondus omnium.		Ut in præſcripta compoſitione de ultimo ingrediente tantum ſumatur, quantum prior omnium doſis in ſe continet.

Libra una ponderis civilis Viennenſis continet uncias novendecim.
Menſura una Viennenſis continet libras quatuor.

SIGNA
PHARMACEUTICA USUALIA.

🜊 Acetum.
🜋 Acetum deſtillatum.
🜁 Aer.
♀ Æs uſtum.
O Alumen.
aaa Amalgama.
♒ Amphora.
♁ Antimonium.
▽ Aqua.
▽F: Aqua fortis.
▽R: Aqua Regia.
∴ Arena.
☽ Argentum ſeu Luna.
☿ Argentum vivum ſeu Mercurius.
o—o Arſenicum.
o=o Auripigmentum.
☉ Aurum, & Sol.
B: Balneum.
MB: Balneum Mariæ.
VB: Balneum vaporis.
♆ Calx viva.
♋ Cancer.

Ca-

☠ Caput mortuum.
Carbones.
Cementare.
Cineres.
Cineres clavellati.
Cinnabaris.
C.C. Cornu cervi.
Crucibulum.
♀ Cuprum & Venus.
Dies.
♂ Ferrum, chalybs, & Mars.
Deſtillare.
F.ſ. Fiat.
Filtrare.
⧗ Hora.
△ Ignis.
Ignis rotæ vel circularis.
Lumbrici terreſtres.
Lamina.
Limatura.
Lixivium.

M. Magneſia.
MP. Maſſa Pilularum.
Menſtruum.
Metallum.
Menſis.
Mercurius ſublimatus.
Mercurius præcipitatus.
Nitrum.
Nox.
Oleum.
Phiola.
Phlegma.
♄ Plumbum, ſeu Saturnus.
Præcipitatio.
Præparare.
Pulvis, & pulveriſare.
Purificare.
Putrefacere.
QPL. Quantum placet.
QS. Quantum ſatis.
QV. Quantum vis.
QE. Quinta Eſſentia.

Reci-

℞ Recipe.
Retorta.
Regulus.
Reverberare.
Sal.
Sal Alkali.
Sal Armoniacum.
Sal Gemmæ.
S.a. Secundum artem.
Sp: Spiritus.
Stannum ſeu Jupiter.
SSS Stratum ſuper ſtratum.
Sublimatio.
Sulphur.
Tartarus.
Terra.
Tinctura.
V.S: Vini Spiritus.
V.A: Vini Alkohol.
V.S.R: Vini Spiritus rectificatus.
Viride Æris ſeu Ærugo.
Vitrum, vel Alembicus.
Vitriolum.
Urina.

NORMA CLASSIUM.

CLaſſis prima explanabit compoſitionem acetorum. 1
Claſſis ſecunda tractabit de aquis tam compoſitis quàm ſimplicibus cum, & ſine vino, ſuccis & vinis. 3
Claſſis tertia aget de Balſamis. 28
Claſſis quarta continebit condita, conſervas, elæoſacchara, morſulos, rotulas, & tabulas. 39
Claſſis quinta demonſtrabit ſpecies Decoctorum, infuſiones, & emulſiones. 45
Claſſis ſexta comprehendet Electuaria, anthidota, confectiones & Looch. 57
Claſſis ſeptima aget de Elixiriis, Eſſentiis, Liquoribus, & Tincturis. 75
Claſſis octava tradet emplaſtra. 103
Claſſis nona tractabit de extractis & laudanis. 120
Claſſis decima aget de oleis coctis compoſitis & ſimplicibus, oleis per deliquium, deſtillatis & expreſſis. 128
Claſſis undecima explicabit pilulas. 141
Claſſis duodecima continebit pulveres compoſitos. 153
Claſſis decima tertia tractabit de ſpeciebus completis & incompletis. 172
Claſſis decima quarta aget de ſpiritibus compoſitis & ſimplicibus. 185
Claſſis decima quinta explicabit ſyrupos, Julapia, Mella, Mivas, Pulpas & Rob. 195
Claſſis decima ſexta monſtrabit trochiſcos, ſuffitus & ſuppoſitoria. 211
Claſſis decima ſeptima aget de unguentis. 219
Claſſis decima octava tractabit de quibusdam chymicis ſuperiùs non enumeratis. 236
Claſſis decima nona de quorundam ſimplicium præparatione aget. 267

CLASSIS PRIMA.
DE
ACETIS.

ACETUM BEZOARDICUM.

℞. Radicis angelicæ
Leviſtici ana uncias tres,
Herbæ meliſſæ
Rutæ
Scordii ana unciam unam,
Corticum citri recenter ſiccatorum uncias duas,
Baccarum Juniperi uncias quatuor,

Inciſis & contuſis affundatur aceti vini optimi ſufficiens quantitas ad quatuor vel quinque digitorum eminentiam, peractâ digeſtione abſtrahatur in alembico vitreo, in hoc deſtillato aceto denuo infundantur

Corticum citri extimorum
Radicis angelicæ
Contrajervæ
Enulæ
Morſûs diaboli
Zedoariæ ana uncia una ſemis,
Herbæ rutæ
Scordii noſtratis
Myrrhæ rubræ
Baccarum Juniperi ana uncia una,
Croci Auſtriaci drachmæ duæ,

Inciſa & contuſa ſtent per octiduum in infuſione calida, vitro probè clauſo, dein colentur, & filtretur acetum.

ACETUM THERIACALE.

℞. Radicis angelicæ
Leviſtici
Contrajervæ
Enulæ ana uncias duas,
Serpentariæ virginianæ

Morſûs diaboli
Zedoariæ
Gentianæ
Oſtrutii ana unciam unam,
Valerianæ unciam ſemis,
Herbæ meliſſæ
Rutæ hortenſis
Scordii noſtratis
Myrrhæ rubræ ana unciam unam,
Corticum citri
Baccarum Juniperi ana unciam unam ſemis,
Croci Auſtriaci drachmas tres,
Theriacæ uncias quatuor,

Inciſa & contuſa digerantur per quatuordecim dies in aceti vini quantitate ad quatuor digitorum eminentiam, coletur forti expreſſione, & uſui acetum ſervetur.

Vires hujus & ſuperioris aceti tam internè, quàm externè ex ipſo nomine patent.

ACETUM VINI DESTILLATUM.

℞. Aceti vini optimi libras duodecim, ponantur in alembicum, vel retortam vitream ſat capacem, remanente tertiâ parte vacuâ, collocentur in arenam, & deſtillentur igne convenienti, abjecto phlegmate ad mellaginem, cavendo, ne empyreuma aliquod contrahat, & hoc ſub nomine ſpiritûs aceti aſſervetur diverſo uſui dicatum.

ACETA SIMPLICIA.

Acetum Calendulæ,
Cyani,
Fragorum,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Lithargyrii,
Papaveris erratici,
Roſarum,
Rubi idæi,
Rutæ,
Sambuci,
Scilliticum,
Tunicæ,
Violarum.

Hæc aceta uſualia parantur tam ex aceto deſtillato, quàm ſimplici, lege artis, per infuſionem; viresquè horum acetorum pro re nata ex ingredientibus deſumuntur.

CLASSIS SECUNDA.

DE

AQUIS

Tam compoſitis, quàm ſimplicibus, cum & ſinè vino, ſuccis & vinis.

AQUA ACOVSTICA.

℞. Herbæ roriſmarini
Majoranæ
Salviæ hortenſis
Lavendulæ
Rutæ
Origani
Polii
Florum ſambuci
Roſarum
Spicæ nardi
Baccarum Juniperi
Lauri
Gummi galbani
Caſtorei ana drachmas duas,
Radicis leviſtici
Valerianæ minoris
Porri
Raphani majoris
Ceparum ana drachmas ſex,
Ovorum formicarum
Seminis raphani
Rutæ
Cumini ana unciam ſemis,
Inciſis & contuſis addantur
Urinæ capræ, vel ejus defectu
Urinæ pueri recentis
Vini generoſi ana libræ quatuor,
Fiat maceratio per viginti quatuor horas, dein leni igne deſtilletur in balneo, & ſervetur uſui.

Læſionibus auditûs, ſive ab humore, vapore aut flatu proveniant, ut: ſurditati, tinnitui, ſtrepitui aut ſibilo externè adhibita hæc aqua mirè opitulatur.

AQUA ANHALTINA.

℞. Terebinthinæ claræ libram ſemis,
Ligni aloes unciam unam ſemis,
Thuris maſculi unciam unam,
Granorum Maſtichis
Caryophyllorum
Nucis Moſchatæ
Cubebarum
Cinnamomi ana drachmas ſex,
Seminis fœniculi
Baccarum lauri ana unciam ſemis,
Croci Auſtriaci drachmas duas,

Pulveriſata infundantur in ſpiritûs vini libris ſex, digerantur per ſex dies, hinc lentiſſimè ex balneo Mariæ deſtillentur.

Stomachum, cor & reliqua viſcera corroborat calefaciendo, ſiccando, diſcutiendo & ſpiritus excitando, in frictionibus externis conducit catarrhis â cauſa frigida, apoplexiæ, paralyſi, epilepſiæ, vertigini, lethargo, arthritidi vagæ, & tremori artuum.

AQUA ANODINA.

℞. Salis tartari
Armoniaci ana libras duas,
Florum lavendulæ uncias ſex,
Lixivii è calce vivâ & cineribus libras quatuor,
Spiritûs vini ſimplicis libras decem,
Miſceantur, & inſtituatur, lege artis, per alembicum deſtillatio.

Vires ſunt nomini impoſito quoad uſum externum apprimè correſpondentes.

AQUA ANTIPHTHISICA.

℞. Herbæ recentis veronicæ
Pulmonariæ maculoſæ
Scabioſæ
Hæderæ terreſtris
Farfaræ ana unciam unam,
Chærefolii uncias duas,
Radicis conſolidæ majoris
Pimpinellæ ſaxifragæ
Ireos florentinæ
Enulæ ana unciam unam ſemis,
Seminis aniſi drachmas decem,
Croci auſtriaci drachmas duas,
Limacum hortenſium minimorum libras tres,
Inciſis & contuſis affundantur
Sanguinis porcini recentis libræ quatuor,
Seri lactis libræ duodecim,
Et ſtatim deſtilletur organis vitreis lento igne.

Abſtruſæ rerum eſſentiæ meliùs â poſteriori quàm anteriori dignoſcuntur, & licet alii negent, experientiâ teſte, cum Fullero convenimus in eo, quamvis limaces ſuccum craſſum per alembici roſtrum emittere nequeant, effluvia tamen ſanativa poſſunt, ut aqua abundè imprægnetur.

Ad phthiſin & ulcera pulmonum purificanda & conſolidanda, pectusquè à craſſis humoribus depurandum opem confert.

AQUA ANTISCORBUTICA.

℞. Herbæ recentis naſturtii aquatici
Cochleariæ
Beccabungæ
Trifolii fibrini
Chærefolii
Radicis raphani ruſticani recentis
Apii hortenſis ana uncias ſex,
Inciſa & contuſa infundantur in
Aquæ fontanæ
Vini generoſi ana ſufficienti quantitate per viginti quatuor horas ad quatuor digitorum eminentiam, dein addantur

Zibe-

Zibethi Caballini avenâ nutriti
recentis libræ tres,
Et ſtatim fiat deſtillatio per cucurbitam vitream ad medietatem.

Ad corrigendam quamcunquè in ſanguinis maſſa latentem, & ſeſe etiam per puſtulas, & alia ſigna exteriora monſtrantem acrimoniam efficaciæ ſummæ deprehenditur.

AQUA APERITIVA.

℞. Radicum quinquè aperientium
ana unciam unam ſemis,
Filicis
Eryngii
Corticum capparum
Fraxini
Tamariſci
Aurantiorum
Citri ana unciam unam,
Herbæ fumariæ
Agrimoniæ
Cuſcutæ
Cichorei
Ceterach
Scolopendrii
Epithymi ana drachmas ſex,
Seminis aniſi
Fœniculi
Coriandri ana unciam ſemis,
Cinnamomi acuti drachmas
tres,
Inciſis & contuſis affundantur
Aquæ fontanæ
Vini generoſi ana libræ octo,
Stent per duas dies loco calido probè clauſa, dein fiat, lege artis, deſtillatio.

Vires deprædicantur mediante inciſione partium ſalinarum in reſerandis obſtructionibus viſcerum internorum, uti: hepatis, lienis & venarum meſaraicarum, hinc quoquè hypochondriacis cochleatim ſumpta hæc aqua optimè conducit.

AQUA APOPLECTICA.

℞. Florum liliorum convallium
Lavendulæ ana recentium
uncias ſex,
Paralyſeos
Pœoniæ
Tiliæ
Tunicæ
Herbæ majoranæ
Roriſmarini
Baſiliconis
Salviæ
Serpilli
Thymi
Radicis pœoniæ ana recentium
uncias duas,
Galangæ
Doronici
Seminis ſinapi ana unciam unam,
Corticum citri recenter ſiccatorum
Cinnamomi acuti ana uncias
duas,
Caryophyllorum
Nucis Moſchatæ
Macis ana unciam unam ſemis,
Ligni aloes
Santali citrini ana drachmas ſex,
Cardamomi minoris
Cubebarum ana unciam ſemis,
Infundantur recentia ſucceſſivè ſuo tempore in
Spiritûs vini libris quatuor,

Vini generoſi libris ſedecim,
Ultimò addantur aromata inciſa & contuſa, & fiat peractâ digeſtione deſtillatio ex balneo Mariæ per organa vitreata.

Vires hujus aquæ tam in quàm extra adhibitæ conſiſtunt in medela ferenda apoplecticis, paralyticis, convulſivis, lipothymia & ſyncope, cæterisquè nervorum affectibus laborantibus.

AQUA SIVE BALSAMUM ARTIFICIALE.

℞. Terebinthinæ uncias ſedecim,
Olei laurini uncias ſex,
Gummi galbani libram unam,
Elemi
Aloes ſuccotrinæ
Benzoes
Styracis
Maſtichis
Myrrhæ
Olibani ana unciam unam,
Hederæ
Radicis ireos florentinæ
Dictamni
Ariſtolochiæ rotundæ
longæ
Imperatoriæ
Conſolidæ majoris
Seminis aniſi
Fœniculi ana uncias duas,
Succini albi uncias tres,
Florum hyperici
Chamæmeli romani
Herbæ abſinthii
Rorismarini
Scordii
Cochleariæ
Rutæ ana drachmas ſex,
Cardamomi minoris
Ligni aloes
Nucis Moſchatæ
Cinnamomi acuti
Caſtorei ana unciam unam,
Cubebarum unciam ſemis,
Permiſceantur & infundantur inciciſa & contuſa in
Spiritûs vini libris viginti,
Per octiduum, dein ex balneo Mariæ, lege artis, inſtituatur deſtillatio.

Vires hujus aquæ tam internè quàm externè, ſi non exſuperant, certè adæquant ſic deprædicatum balſamum ſchauerianum Auguſtanum, nam celebrantur cephalicæ, ſtomachicæ & nervinæ, hinc prodeſt in doloribus capitis, aliorumquè viſcerum internorum, ſpecificum eſt in ſpaſmo ventriculi.

AQUA ARTHRITICA.

℞. Florum Chamæmeli
Herbæ pulegii
Lavendulæ
Majoranæ ana unciam unam,
Rorismarini uncias tres,
Salviæ
Chamæpityos
Myrrhæ optimæ ana uncias duas,
Nucis Moſchatæ
Caryophyllorum
Cinnamomi acuti
Radicis pœoniæ
Pyrethri
Cyperi rotundi
Ireos illiricæ ana unciam ſemis,
Cardamomi minoris
Cubebarum ana drachmas duas,
Inciſa

Inciſa & contuſa infundantur in
Spiritûs vini optimi libris ſedecim,
Per dies quatuordecim in vaſe benè clauſo, deinde per balneum Mariæ deſtilletur.

Qui frigidis articulorum morbis, ut tremore, paralyſi & paræſi ex colica inductâ laborant, præſentaneam opem experiuntur nervos roborando, viresquè deperditas in juncturis reſtituendo.

AQUA ASTHMATICA.

℞. Radicis enulæ uncias duas,
Ireos florentinæ unciam unam ſemis,
Herbæ hyſſopi
Scabioſæ
Pulmonariæ
Tuſſilaginis
Veronicæ
Salviæ hortenſis
Seminis aniſi
Fœniculi
Cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Cardamomi drachmas duas,
Croci auſtriaci ſcrupulos duos,
Aquæ fontanæ
Vini generoſi ana libras ſex,
Inciſa & contuſa digerantur per tres dies, dein fiat in balneo Mariæ, lege artis, deſtillatio.

Anbeloſis, ſenibus, aliisquè thoracis affectibus â frigidorum humorum colluvie ortis commendatur, dum ſpirandi difficultatem ab impactis humoribus provenientem tollit, liberamquè reſpirationem reddit.

AQUA SEU BALSAMUM EMBRYONIS.

℞. Florum tunicæ
Tiliæ ana libram ſemis,
Lavendulæ
Herbæ ſalviæ
Meliſſæ
Fœniculi
Menthæ criſpæ
Nucis moſchatæ ana uncias tres,
Caryophyllorum
Cinnamomi
Zinziberis
Cubebarum
Granorum paradiſi
Zedoariæ
Macis
Radicis pœoniæ
Seminis pœoniæ
Viſci querni ana uncias duas,
Galangæ drachmas ſex,
Inciſa & contuſa infundantur in
vini generoſi libris viginti quatuor,
Factâ per octiduum infuſione, leni calore ex balneo Mariæ, lege artis, deſtilletur.

Fœminis abortui obnoxiis, item gravidis languentibus, exterrefactis, lipothymias, tormina & inflationes ventris patientibus, imò & parturientibus tam internè quàm externè optato ſucceſſu adhibetur, dum ſpiritus inſtaurantur, viresquè reficiuntur.

AQUA SEU BALSAMUM VENTRICULI.

℞. Galangæ uncias tres,
Nucis Moſchatæ

Caryophyllorum
Cubebarum ana unciam unam ſemis,
Cinnamomi
Macis
Zedoariæ
Granorum paradiſi ana unciam unam,
Piperis longi
Florum roſarum rubrarum
Tunicæ
Bugloſſi ana drachmas ſex,
Herbæ menthæ
Pulegii
Abſinthii utriusquè ana unciam ſemis,
Medullæ panis triticei uncias decem,

Conciſa & contuſa macerentur in vini albi ſufficienti quantitate ad ſex digitorum eminentiam vaſe probè clauſo per octiduum, factâ digeſtione fiat, lege artis, deſtillatio.

Vires ſtomachicæ ab ipſo nomine deſumi poſſunt.

AQUA BARDANÆ COMPOSITA.

℞. Radicis bardanæ recentis
Vincetoxici recentis
Corticis mediani radicis fraxini ana libras duas,

Minutim conciſa infundantur per viginti quatuor horas in
Aceti rutacei
Vini albi ana libris quinquè,
Deſtilletur in balneo Mariæ, & addantur
Camphoræ drachmæ duæ.

Sudoriferum eſt excellens, hinc in peſte, febribus malignis & rheumatismo adhibetur, dum â putredine præſervat, diaphoreſim promovendo.

AQUA BENEDICTA SERPILLI.

℞. Herbæ recentis ſerpilli cum floribus uncias octo,
Chamæmeli romani uncias duas,
Satureiæ
Thymi ana unciam unam,
Stent infuſa in
Vini generoſi libris ſedecim,
Per aliquot dies, dein fiat deſtillatio, in deſtillato denuò infundantur
Herbæ recentis ſerpilli cum floribus unciæ octo,
Caſſiæ ligneæ uncia una,
Ligni aloes
Macis ana uncia ſemis,
Minutim inciſa, & factâ digeſtione, rurſus in balneo Mariæ per alembicum deſtilletur.

In omnibus Catarrhis & defluxionibus opitulatur, cerebrum & reliqua viſcera corroborando, appetitum conciliando, pellit quoquè urinam, calculum, menſes, ſecundinam, imò & fœtum mortuum, aſthmaticis quoquè & anheloſis ſubvenit.

AQUA BRYONIÆ COMPOSITA.

℞. Succi radicis bryoniæ libras quatuor,
Foliorum rutæ
Artemiſiæ ana libras duas,
Flave-

Flavedinis corticum aurantiorum recentis uncias tres,
Myrrhæ rubræ
Herbæ ſabinæ ana uncias duas,
Matricariæ
Nepetæ
Pulegii ana unciam unam,
Baſiliconis
Dictamni cretici ana drachmas ſex,
Caſtorei unciam unam,
Vini generoſi libras duodecim,

Ex conciſis & contuſis fiat per dies quatuor infuſio in vaſe benè clauſo, dein deſtillatio in balneo Mariæ.

In affectionibus hyſtericis fœminæ ex hac aqua ſumpta præſentaneam opem experiuntur.

AQUA BUFONUM COSMETICA.

℞. Bufonum vivorum numero viginti,
Florum nymphææ
Roſarum albarum
Fabarum
Liliorum alborum ana recentium uncias duas,
Radicis ſigilli ſalomonis uncias tres,
Lactis vaccini libras duodecim,

Suffocentur bufones in lacte, tum reliqua conciſa addantur, fiatqué mox deſtillatio.

Cosmeticum eſt inſigne ad maculas faciei detergendas.

AQUA CAPONIS.

℞. Radicis enulæ
Polypodii ana uncias duas,
Herbæ marrubii
Pulmonariæ
Lactucæ
Beccabungæ ana drachmas ſex,
Florum borraginis
Bugloſſi
Roſarum rubrarum
Violarum
Cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Macis drachmas duas,
Croci auſtriaci drachmam unam,
Vini generoſi libras tres,
Brodii unius caponis eviſcerati, & ab omni pinguedine liberati libras ſex,

Miſceantur conciſa, dein leni igne, lege artis, deſtillentur.

Analeptica eſt & reſtaurans, hinc tabidis, hecticis, phthiſicis, & ex morbo chronico reconvaleſcentibus recommendatur.

AQUA CARBUNCULI.

℞. Florum roriſmarini
Liliorum convallium
Violarum
Borraginis
Tunicæ
Lavendulæ ana recentium uncias tres,
Herbæ recentis Majoranæ
Salviæ hortenſis
Nucis Moſchatæ
Macis

C Zinzi-

Zinziberis
Caryophyllorum
Cinnamomi
Galangæ
Baccarum Juniperi
Viſci querni
Seminis pœoniæ
Cardamomi minoris ana unciam unam,
Vini generoſi libras duodecim,

Fiat ex conciſis & contuſis ſucceſſiva infuſio in loco tepido, deinde, lege artis, deſtillatio, ſi placet, deſtillato ſplendoris â vulgo deſiderati cauſâ, aliquot auri foliola imponantur.

Spiritibus vitalibus & animalibus robur hæc aqua addit, cor, genus nervoſum & reliqua viſcera roborat, affectusquè eorum frigidos emendat.

AQUA CARMINATIVA.

℞. Florum Chamæmeli romani recentium libram unam ſemis,
Corticum aurantiorum
Citri ana exteriorum unciam unam ſemis,
Herbæ abſynthii pontici
Menthæ criſpæ
Pulegii
Origani
Seminis Coriandri
Carvi ana unciam ſemis,
Fœniculi
Aniſi ana unciam unam,
Anethi uncias duas,

Infundantur per noctem inciſa & contuſa in
Aquæ fontanæ libris ſedecim,
Deinde in balneo Mariæ, lege artis, deſtilletur.

Ad flatus diſcutiendos & ventriculum roborandum virtute pollet inſigni.

AQUA CARMINATIVA REGIA.

℞. Florum Chamæmeli romani recentium uncias ſex,
Herbæ menthæ criſpæ
Serpilli ana recentium uncias duas,
Seminis aniſi
Fœniculi ana uncias tres,
Cumini drachmas tres,
Macis
Nucis Moſchatæ
Galangæ
Baccarum Juniperi ana unciam unam,
Lauri
Flavedinis corticum aurantiorum ſiccatæ ana unciam unam ſemis,
Cinnamomi acuti uncias duas,

Inciſa & contuſa infundantur in
Spiritûs vini
Vini generoſi ana libris octo,

Factâ digeſtione deſtilletur ad remanentiam tertiæ partis, edulcoretur deſtillati libra una ſacchari albiſſimi drachmis ſex, & tingatur coccinellâ.

Vires hujus aquæ quemadmodum ſunt carminativæ, ita & debilitato â cauſa frigida & viſcoſa ventriculo mirum in modum opitulatur.

AQUA

AQUA CINNAMOMI BUGLOSSATA.

℞. Cinnamomi acuti libram unam,
Florum bugloſſi recentium libram ſemis,
Aquæ fontanæ libras duodecim,
Ex conciſis & contuſis poſt debitam digeſtionem inſtituatur deſtillatio ad medietatem.

Vires ejus ſunt cordiales & ſtomachicæ.

AQUA CINNAMOMI CYDONIATA.

℞. Succi Cydoniorum recenter expreſſi libras octo,
Cinnamomi acuti uncias octo,
Infundantur per triduum, & deinde, lege artis, deſtilletur.

In ſpiritibus roborandis, corde refocillando & alvi profluviis ſiſtendis virtutes poſſidet egregias.

AQUA CINNAMOMI SPIRITUOSA LACTEA.

℞. Cinnamomi optimi libram unam ſemis,
Vini hungarici libras ſex,
Spiritûs vini libras duas,
Peractâ debitâ infuſione inſtituatur deſtillatio ad medietatem.

Ad ſpiritus vitales & animales ſuppreſſos erigendos & confortandos recommendatur.

AQUA CINNAMOMI CUM VINO.

℞. Cinnamomi acuti libram unam ſemis,
Zinziberis unciam unam,
Vini hungarici generoſi libras duodecim,
Conciſa digerantur per aliquot dies, dein inſtituatur deſtillatio.

Vires ejus ſunt confortantes & ſtomachicæ.

AQUA CONFORTATIVA USITATA.

℞. Aquæ ceraſorum nigrorum
Borraginis
Bugloſſi
Florum violarum
Tunicæ
Tiliæ ana uncias ſex,
Cinnamomi bugloſſatæ, unciam unam ſemis,
Margaritarum præparatarum drachmas duas,
Coralliorum alborum præparatorum
Matris perlarum præparatæ
Cornu Cervi uſti præparati ana unciam ſemis,
Sacchari albiſſimi uncias quinquè,
Mixta ſerventur pro uſu; cùm verò, præſertim tempore æſtivo, tertiâ aut quartâ die lentorem & aciditatem contrahere ſoleat, præſtat in vitro aquas commixtas ſeparatim, & pulveres commixtos ſeparatim aſſervare, ita, ut uſûs tem-

tempore fiat mixtio ad aquarum unciam unam ſumendo pulveris ſcrupulos quatuor.

In omni virium proſtratione & debilitate præſtans eſt remedium, ſpiritus animales depurando, vitales eliciendo, & ſenſus tam internos quàm externos refocillando.

AQUA CORDIALIS
FRIGIDA.

℞. Succi ſcordii
Granatorum dulcium
Meliſſæ
Rubi idæi
Citri
Galegæ
Acetoſellæ
Acetoſæ ana libras duas,
Seminis cardui benedicti
Citri
Portulacæ
Acetoſæ ana drachmas ſex,
Florum quatuor cordialium
Nymphææ
Ligni ſantali albi
Citrini ana unciam unam,
Corticum citri exteriorum unciam unam ſemis,
Inciſa miſceantur, & in vaſe vitreo inſtituatur deſtillatio.

Conducit hæc aqua plurimùm in febribus omnibus â nimio æſtu cor & partes vitales infeſtantibus.

AQUA CORDIALIS
TEMPERATA.

℞. Cinnamomi acuti uncias tres,
Corticum citri exteriorum unciam unam ſemis,
Ligni aloës optimi
Santali citrini ana unciam ſemis,
Seminis baſiliconis drachmas tres,
Galangæ
Caryophyllorum
Macis
Nucis Moſchatæ
Cardamomi ana drachmam unam ſemis,
Florum roſarum rubrarum
Borraginis ana unciam unam ſemis,
Lavendulæ
Rorismarini ana unciam ſemis,
Croci Auſtriaci ſcrupulos duos,
Ceraſorum nigrorum ſiccorum uncias ſex,
Inciſa & trita infundantur in vitro benè clauſo in
Vini generoſi libris octo,
Succi pomorum redolentium
E rubo idæo ana libris duabus,
Meliſſæ libra una,
Per duas dies, dein in balneo Mariæ, fiat deſtillatio.

Si quis completam hanc aquam deſideret, addat peractâ digeſtione
Ambræ gryſeæ
Moſchi orientalis ana ſcrupulum ſemis,
Et procedatur priori modo.

In ſubitanea ſpirituum animalium & vitalium labefactatione cor & cerebrum recreat, hinc apoplecticis, epilepticis, paralyticis, & cardiacis levamen

men affert, atquè virtute ſuâ analepticâ ex morbis chronicis reconvaleſcentibus ſubvenit.

AQUA DE CORDE CERVI.

℞. Cordis Cervini recentiſſimi unà cum ſanguine minutim inciſi numero unum,
Cinnamomi acuti unciam ſemis,
Caryophyllorum
Cardamomi minoris
Galangæ
Macis
Croci auſtriaci ana drachmas duas,
Ligni aloes
Santali citrini
Corticum citri
Seminis baſiliconis ana drachmam unam ſemis,
Florum lavendulæ
Rorismarini
Salviæ
Foliorum meliſſæ ana drachmam unam,
Inciſa & contuſa macerentur in
Vini generoſi libris ſex,
Per noctem, manè in balneo Mariæ fiat deſtillatio; notandum, quod omnia ingredientia priùs debeant eſſe parata, ut adveniente corde recenti ſtatim infuſio fieri poſſit.

In cordis palpitatione, tremore, ſyncope & lipothymia præſtans eſt remedium cor & ſpiritus vitales nec non naturales confortando.

AQUA CORNU CERVI CITRATA.

℞. Typhorum Cervi groſſorum & recentium uncias ſex,
Pomorum citri recentium cum corticibus & ſemine inciſorum numero ſex,
Herbæ meliſſæ
Scordii
Cardui benedicti ana recentium uncias tres,
Infundantur inciſa in
Vini generoſi
Aquæ fontanæ ana libris ſex,
Et per alembicum in balneo Mariæ fiat ſtatim deſtillatio.

Remedium eſt ſpecificum in omnibus cordis & cerebri affectionibus, ſpiritus enim exhilarat, cor confortat, ejusquè debilitatibus ſubvenit.

AQUA COSMETICA.

℞. Florum ſulphuris drachmas ſex,
Salis armoniaci ſimplicium drachmam unam,
Cremoris tartari drachmas tres,
Camphoræ drachmam unam ſemis,
Aquæ Calcis tenuiſſimæ libras duas,
Stent in digeſtione per viginti quatuor horas in balneo Mariæ, dein filtretur.

Faciei lentigines ac ſerpigines tollit, eamquè politam conſervat.

AQUA DYSENTERICA.

℞. Nucis Moſchatæ

Radicis tormentillæ
Biſtortæ
Pimpinellæ
Conſolidæ majoris
Plantaginis ana uncias duas,
Florum balauſtiæ
Roſarum rubrarum
Hyperici
Papaveris erratici ana unciam ſemis,
Baccarum Myrtillorum
Acaciarum
Fructûs ſorborum ana unciam unam ſemis,
Inciſis & contuſis addantur
Succi Cydoniorum
Vini rubri hungarici ana libræ ſex,
Stent per aliquot dies in infuſione, dein inſtituatur deſtillatio.

Inſignes hujus aquæ virtutes ab ipſo nomine patent.

AQUA EPILEPTICA.

℞. Florum liliorum convallium recentium uncias ſex,
Lavendulæ unciam unam,
Rorismarini
Stœchadis arabicæ
Radicis pœoniæ
Dictamni albi
Viſci quercini
Cinnamomi acuti
Nucis Moſchatæ ana unciam ſemis,
Piperis longi
Cubebarum ana drachmas duas,
Inciſa & contuſa infundantur per octiduum in
Vini generoſi libris octo,
Dein fiat deſtillatio.

In epilepſia, vertigine & comate egregii eſt uſûs, præſervativè ante quadraturas lunæ, curativè in paroxiſmo reſumptis modicum viribus, uſus quoquè extrinſecus multùm commendatur.

AQUA EPILEPTICA PUERORUM.

℞. Aquæ Ceraſorum nigrorum
Florum tiliæ
Paralyſeos
Pœoniæ ana uncias octo,
Sacchari perlati uncias quatuor,
Miſceantur, & ſervetur uſui hæc aqua etiam extemporaneè paranda.

Exhibetur infantibus ob difficilem dentitionem motui convulſivo obnoxiis, vel ſimpliciter, vel modicâ quantitate ſuperioris aquæ permixta.

AQUA PRO EPITHEMATE CORDIS.

℞. Herbæ rorismarini
Baſiliconis
Majoranæ
Meliſſæ
Thymi
Florum lavendulæ
Roſarum rubrarum
Aurantiorum
Cheyri
Tunicæ
Cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Radicis ireos florentinæ drachmas tres,

Ca-

Caryophyllorum
Macis
Nucis Moſchatæ
Ligni aloes
Rhodii
Galangæ
Santalorum omnium ana drachmas duas,
Corticum aurantiorum
Citri ana unciam unam,
Croci drachmam unam,
Vini generoſi libras decem,

Inciſa, contuſa & infuſa deſtillentur.

In palpitatione cordis, tremore, ſyncope, item in æſtu febrili cor præprimis infeſtante præſentaneam opem adfert.

AQUA AD GONORRHÆAM.

℞. Radicis ireos florentinæ
Foliorum dictamni Cretici
Menthæ ſiccæ ana unciam unam,
Seminis agni caſti
Rutæ
lactucæ ana drachmas ſex,
Terebinthinæ claræ uncias viginti,
Vini albi libras ſex,

Contuſione & infuſione peractâ in organis vitreis fiat, lege artis, deſtillatio.

In gonorrhæa virulenta tam recenti, quàm inveterata mirum in modum opitulatur, partes ſpermaticas detergendo, & materiam corroſivam dulcificando.

AQUA HIRUNDINUM CUM CASTOREO.

℞. Hirundinum vivarum in fruſta diſſectarum numerô quadraginta,
Foliorum rutæ recentium
Caſtorei ana unciam unam,
Vini albi libras octo,

Miſceantur, & absquè digeſtione ſtatim in balneo Mariæ deſtillentur.

Epilepticis, convulſivis, paralyticis & hyſtericis proficua eſt.

AQUA HIRUNDINUM SINE CASTOREO.

℞. Pullorum hirundinum in fruſta diſſectorum numerô ſexaginta,
Viſci quercini uncias tres,
Seminis pœoniæ
Radicis pœoniæ ana uncias duas,
Florum liliorum convallium recentium uncias ſex,
Vini generoſi libras duas,
Aquæ fontanæ libras ſedecim,

Inciſa & contuſa miſceantur, & ſine digeſtione ſtatim fiat per balneum Mariæ deſtillatio.

Vires ſunt ſuperiori aquæ fermè ex integro æquales.

AQUA HYSTERICA.

℞. Succi matricariæ
Mercurialis ana libras duas,
Bryoniæ uncias ſex,

Florum roriſmarini
Salviæ ana unciam unam,
Ligni aloes
Cinnamomi
Macis
Nucis Moſchatæ
Caſtorei ana unciam unam ſemis,
Infundantur inciſa & contuſa in
Vini optimi libris duodecim,
Et inſtituatur deinde deſtillatio.

AQUA HYSTERICA FŒTIDA.

℞. Gummi galbani
Aſæ fœtidæ ana uncias duas,
Opopanacis
Myrrhæ rubræ ana unciam unam ſemis,
Caſtorei
Radicis leviſtici
Galangæ
Pœoniæ ana unciam unam,
Zedoariæ
Dictamni albi
Viſci quercini ana drachmas ſex,
Seminis ſeſeleos
Macis
Herbæ matricariæ
Meliſſæ
Menthæ ana unciam ſemis,
Rutæ uncias duas,
Conciſa & contuſa digerantur in
Vini generoſi libris duodecim,
Dein fiat deſtillatio.

Virtutes utriusquè aquæ ab ipſo nomine facilè deſumuntur.

AQUA IMPERATORIS CAROLI V.

℞. Herbæ Roriſmarini cum flore
Florum Majoranæ
Salviæ
Lavendulæ
Liliorum convallium
Roſarum
Tunicæ ana unciam unam ſemis,
Cinnamomi acuti
Macis
Granorum paradiſi
Cardamomi
Caryophyllorum
Cubebarum ana unciam ſemis,
Inciſa & contuſa groſſo modo infundantur per aliquot dies in
Spiritûs vini libris decem,
Dein ex balneo Mariæ fiat deſtillatio.

Virtutes ſunt cephalicæ & confortantes, tam internè quàm externè.

AQUA JUNIPERI COMPOSITA.

℞. Baccarum Juniperi libras quatuor,
Eluantur aquâ calidâ, dein contuſæ macerentur in
Vini generoſi libris ſedecim,
Per quatuor dies, poſtea ex alembico fiat deſtillatio; hujus
Deſtillati libris quatuor,
Addatur
Radicis ariſtolochiæ longæ uncia ſemis,
Stent in digeſtione ad extractionem

nem tincturæ, tandem aqua filtretur, & ſervetur uſui.

Aqua hæc non ſolùm in doloribus nephriticis, verùm etiam podagricis vires ſuas inſigniter demonſtrat.

AQUA SEU LAC VIRGINIS.

℞. Aluminis crudi uncias quatuor,
Decoquantur ad tertias in
Aquæ fontanæ libris duabus,
Deinde
Lithargyrii libram ſemis,
Aceti libram unam ſemis,
Coquantur in vaſe terreo vitreato ad remanentiam libræ unius, colentur, & commiſceantur ambæ aquæ, ut albeſcant.

Summum deprædicatur cosmeticum in tollenda ſerpigine, impetigine & lichenibus faciem tergendo, & cutim perpoliendo.

AQUA LIMACUM CONTRA CALCULUM.

℞. Limacum minimorum recentium cum teſtis contuſorum libras duas,
Infundantur in
Aceti acerrimi libris quatuor,
Stent per noctem in infuſione, dein deſtillentur per alembicum, ut aqua dulcis ſine acredine prodeat, ſi primâ deſtillatione omnis aceti acredo ablata non fuerit, inſtituatur ſupra recentes limaces altera vel etiam tertia cohobatio.

aqua limacum ter cohobata semper addendo recentes limaces

Virtutes in conterendo calculo & arena ſubducenda conſiſtunt.

AQUA AD LOOCH SANUM.

℞. Herbæ Hyſſopi
Calaminthæ
Capillorum veneris
Radicis ireos florentinæ
Cinnamomi acuti
Seminis aniſi
Fœniculi ana unciam unam,
Inciſa & contuſa macerentur per viginti quatuor horas in
Aquæ fontanæ libris ſex,
Dein abſtrahatur mediante deſtillatione, & ſervetur uſui.

utilis aqua ad Looch sanum Cum pulv. ad tussim infantum edulcoratum Looch. sano et experto.

Pectoralis eſt aqua, & inſervit ad Looch prædictum.

AQUA LUMBRICORUM COMPOSITA.

℞. Lumbricorum terreſtrium vivorum libram unam,
Millepedum vivorum libram ſemis,
Limacum vivorum cum teſtis numerô viginti,
Radicis angelicæ
Acetoſæ
Lapathi acuti ana uncias tres,
Caryophyllorum
Foliorum recentium urticæ urentis cum radice ana unciam unam ſemis,
Brancæ urſinæ
Agrimoniæ
Betæ ana drachmas ſex,

E Rutæ

Rutæ
Abſynthii ana unciam ſemis,
Anthos uncias duas,
Radicis curcumæ unciam unam,
Croci drachmam unam ſemis,
Vini albi libras duodecim,
Inciſa & contuſa absquè digeſtione ſtatim per organa vitrea deſtillentur.

Hæc aqua in affectibus pectoris, ut: aſthmate & conſimilibus, item in hydrope & retentione urinæ vires exercet.

AQUA MASTICHINA.

℞. Maſtichis uncias quatuor,
Macis electæ uncias duas,
Caryophyllorum unciam unam,
Cinnamomi unciam ſemis,
Pulveriſatis & commixtis affundantur
Vini generoſi libræ quatuor,
Digerantur per triduum, dein leni calore deſtillentur.

Aqua hæc apprimè ſtomachica vomitioni, choleræ, ciborum faſtidio, nauſeæ ac ſingultui opitulatur.

AQUA MELISSÆ CITRATÆ.

℞. Herbæ meliſſæ Citratæ recentis libras duas,
Rutæ
Salviæ ana hortenſis recentis uncias quatuor,
Florum rorismarini recentium unciam unam,
Baccarum lauri
Caſtorei
Nucis moſchatæ
Cinnamomi
Caryophyllorum ana unciam ſemis,
Macis
Spicæ indicæ ana unciam unam,
Corticum citri recentium modicùm ſiccatorum uncias tres,
Inciſa & contuſa optimè miſceantur, & in olla vitreata iis affundantur
Vini generoſi hungarici optimi
Spiritûs vini ana libræ ſex,
Poſt quatuordecim dies in balneo Mariæ leni igne deſtillentur.

Viribus hæc aqua ſi non eadem, certè adæquat ſic dictam Eau des Carmes ſeu Carmelitarum Pariſienſium, nam, præterquam quod ſit cephalica, ſimul in paſſionibus hyſtericis, lipothymiis & debilitate ventriculi conducit.

AQUA MELLIS.

℞. Mellis quantum ſatis, ut impleatur decima pars cucurbitæ amplæ cum alembico vitreo, & addendo modico arenæ in balneo bulliente, lege artis, aqua mellis deſtilletur, quod ſi guttæ aceſcere incipiant, vas arenæ imponatur, & aucto igne liquor ſecundus & tertius pro ſpiritu mellis extrahatur.

Ad reſerandas obſtructiones & urinam

nam pellendam intrinſecùs, extrinſecùs verò ad ſuffuſiones & albugines oculorum, capillorumquè defectum recommendatur.

AQUA MERCURIALIS.

℞. Ceruſſæ venetæ uncias duas,
Aluminis crudi unciam unam ſemis,
Lithargyrii
Mercurii ſublimati ana unciam unam,
Salis armoniaci
Nitri ana drachmas duas,
Zinziberis drachmam unam ſemis,
Aquæ ſolani
Plantaginis
Roſarum albarum
Nymphææ ana uncias quatuor,
Aceti acerrimi libram unam,
Commixta modicùm bulliant, & absquè colatura in vitro probè clauſo ſervetur aqua.

Cuti deformatæ per puſtulas, verrucas, ſcabiem malignam, ſerpiginem, ficus, fiſſuris in vola manûs, pedisquè planta, uti & venereis ulceribus penicillo illita prodeſt.

AQUA NEPHRITICA.

℞. Pomorum aurantiorum ſubacidorum
Limonum ſucculentorum ana numerô duodecim,
Caſſiæ recenter exemptæ libram ſemis,
Conſcindantur aurantia & limones cum ſeminibus, corticibus & pulpa, quibus caſſia permiſceatur, dein affundantur
Seri lactis caprini libræ ſex,
Stent in infuſione per viginti quatuor horas, & fiat ex organis vitreis, lege artis, deſtillatio ad libras quatuor.

Vires hujus aquæ nomini apprimè correſpondent.

AQUA NICOTIANÆ CUM VINO.

℞. Foliorum tabaci recentium quantum placet,
Infundantur in vini generoſi ſufficienti quantitate, poſt macerationem fiat deſtillatio, ex remanentia per incinerationem, lege artis, extrahatur ſal, quod dein ſuo deſtillato admiſceatur.

Ad dolores nephriticos & colicos ſedandos calculumquè frangendum adhibetur.

AQUA ODORIFERA.

℞. Herbæ Majoranæ
Baſiliconis
Thymi
Origani
Florum liliorum convallium
Lavendulæ
Roſarum ana unciam unam,
Spicæ
Radicis ireos florentinæ
Cinnamomi
Caryophyllorum
Macis

Styracis calamitæ
Benzoin ana unciam ſemis,
Ligni rhodii
Santali citrini
Corticum citri ana drachmas ſex,
Gummi ladani drachmas duas,
Inciſa & contuſa infundantur in
Vini generoſi libris duodecim,
Peractâ maceratione, lege artis, deſtilletur aqua; cui completa arrideret, in deſtillato ſuſpendat nodulum, in quo
Moſchi
Ambræ ana ſcrupulus ſemis,
Contineatur, & habebit intentum.

Inſignis eſt fragrantiæ, & ſuavisſimi odoris, cerebrum, ſpiritusquè tam animales quàm vitales refocillantis.

AQUA OPHTHALMICA SAPPHIREA.

℞. Aquæ calcis vivæ mediocris cum
Aqua Chelidoniæ
Cyani
Roſarum
Euphraſiæ ana quantum ſatis factæ libras ſex,
Diſſolvantur in ea
Salis armoniaci electi drachmæ ſex,
Stent per noctem in vaſe cupreo, manè filtretur, & ſapphiri in formam colorata ſervetur uſui.

AQUA OPHTHALMICA CUM SAPONE.

℞. Vitrioli albi unciam ſemis,
Saponis veneti drachmas tres,
Aquæ fontanæ libras duas,
Coquantur in olla ad remanentiam libræ unius ſemis, refrigeſcat, filtretur & ſervetur uſui.

Uſus hujus aquæ, uti & præcedentis ex ipſa denominatione extrinſecus deſumendus eſt.

AQUA PHAGADÆNICA.

℞. Aquæ calcis vivæ
Spiritûs vini ana uncias quatuor,
Mercurii ſublimati corroſivi pulveriſati drachmam unam,
Mixta reponantur uſui.

In exulcerationibus externis ſalubriter adhibetur.

AQUA PHYSAGONA.

℞. Seminis aniſi libras duas,
Dauci ſylveſtris unciam unam,
Cinnamomi acutiſſimi uncias duas,
Nucis Moſchatæ
Galangæ
Macis
Caryophyllorum ana unciam ſemis,
Contuſa infundantur loco calido per triduum in
Vini generoſi libris quatuordecim,
Spiritûs vini libris duabus,
Dein inſtituatur, lege artis, deſtillatio.

Vires

Vires ut plurimùm conſiſtunt in diſſipatione flatuum à cauſa frigida in ventriculo & inteſtinis ortorum.

AQUA PICARUM.

℞. Picarum vivarum numerô viginti,
Radicis pœoniæ
Viſci quercini ana uncias duas,
Florum primulæ veris
Roriſmarini
Lavendulæ
Pœoniæ
Betonicæ
Tiliæ ana unciam ſemis,
Vini generoſi libram unam,
Aquæ fontanæ libras octo,

Conſcindantur & conquaſſentur, & ſtatim fiat deſtillatio.

Vires ſunt cephalicæ & hyſtericæ, hinc in apoplexia, epilepſia, convulſionibus, præſertim ſuffocatione uterina, auxilium affert.

AQUA PROPHYLACTICA.

℞. Nucum Juglandum immaturarum conciſarum libras duas,
Pomorum citri recenter inciſorum libram unam,
Foliorum recentium rutæ hortenſis uncias quatuor,
Meliſſæ
Scabioſæ
Florum Calendulæ
Radicis petaſitidis ana uncias duas,
Zedoariæ
Angelicæ ana unciam unam,

Inciſa & contuſa infundantur per noctem in
Aceti vini optimi libris duodecim,

Manè lento igne per alembicum vitreum fiat, lege artis, deſtillatio.

Virtutes in febribus peſtilentialibus, aliiſquè epidemiis inſignes exercere ſolet recommendante Sylvio.

AQUA REGIS FERDINANDI EX NITRO.

℞. Salis nitri libras ſex,
Affundantur
Aquæ pluvialis libræ duodecim,
Et deſtillentur in balneo Mariæ per alembicum vitreum.

In inflammationibus internis, intenſoquè febrium ardentium æſtu ad ſitim levandam, ardoremquè compeſcendum magno ſucceſſu adhibetur.

AQUA SALVIÆ COMPOSITA.

℞. Herbæ ſalviæ hortenſis recentis uncias octo,
Roriſmarini
Thymi
Serpilli ana unciam unam,
Cinnamomi acuti
Piperis longi
Nigri
Cardamomi minoris
Granorum paradiſi ana drachmas ſex,
Macis
Nucis Moſchatæ

Caryophyllorum
Zedoariæ
Galangæ minoris
Calami aromatici
Radicis pœoniæ
Seminis pœoniæ ana unciam ſemis,
Inciſa & contuſa infundantur in
Vini generoſi libris octo,
Spiritûs vini rectificati libris quatuor,
Stent per triduum in digeſtione, dein per balneum Mariæ, lege artis, inſtituatur deſtillatio, ut deſiderio vulgi ſatisfiat, aliquot auri foliola deſtillato immitti poſſunt.

Vires ſunt cephalicæ, antispasmodicæ, confortantes, dentium doloribus & cariei, nec non paralyſi linguæ ſubvenientes.

AQUA STOMACHICA.

℞. Summitatum menthæ criſpæ recentis uncias tres,
Galangæ
Macis
Cinnamomi ana unciam ſemis,
Spiritûs aniſi libras quatuor,
Conciſa & contuſa ſtent per triduum in infuſione, dein per balneum Mariæ, lege artis, deſtillentur.

Virtutes ſpirituoſæ hujus aquæ ab ipſa nominis inſcriptione deſumuntur.

AQUA STYPTICA.

℞. Vitrioli hungarici ad albedinem calcinati uncias duas,
Solvantur in
Aquæ pluvialis deſtillatæ libris quatuor,
Addendo
Aquæ plantaginis libras duas,
In qua plantaginis aqua per noctem priùs fibrarum radicis alcannæ inciſarum uncia una infuſa, & fortiter expreſſa ac filtrata fuerit, ſtent mixta per triduum, filtretur, addantur dein ſpiritûs nitri drachmæ ſex, & ſervetur uſui tam interno quàm externo.

Ad hæmorrhagias quascunquè ſiſtendas virtutes ejus recommendantur.

AQUA THERIACALIS.

℞. Radicis vincetoxici
Angelicæ
Dictamni albi
Petaſitidis
Gentianæ ana uncias duas,
Carlinæ
Contrajervæ
Zedoariæ ana unciam unam,
Corticum citri recentium
Baccarum Juniperi ana uncias duas,
Herbæ rutæ
Scordii noſtratis
Galegæ ana unciam unam,
Theriacæ andromachi libram ſemis,
Vini generoſi libras ſedecim,
Inciſa & contuſa ſtent per triduum infuſa, dein leni igne, lege artis, deſtillentur.

Peſti & febribus malignis mediante ſudore procurato potenter reſiſtit.

AQUA

AQUA THERIACALIS ROMANA.

℞. Succi galegæ
Acetoſæ
Scordii
Citri recentis ana libras ſex,
Theriacæ andromachi libram ſemis,

Digerantur per viginti quatuor horas, dein per alembicum vitreum, lege artis, aqua dèſtilletur.

Vires ſunt alexipharmacæ, & diaphoreticæ in peſte & febribus malignis admodùm proficuæ.

AQUA TYPHORUM CERVI.

℞. Florum borraginis
Bugloſſi
Rorismarini
Tunicæ ana unciam unam ſemis,
Roſarum rubrarum unciam ſemis,
Herbæ meliſſæ unciam unam ſemis,
Cinnamomi acuti uncias duas,
Radicis pæoniæ unciam unam,
Typhorum cervi ſucculentorum unà cum ſanguine recenter inciſorum libras duas ſemis,

Inciſis & contuſis affundantur
Vini generoſi libræ duodecim,
Dein inſtituatur in balneo Mariæ, lege artis, deſtillatio.

Alexipharmacas virtutes in morbis malignis, & febribus ardentibus exhibet.

AQUA VIRIDIS.

℞. Mellis roſati uncias duas,
Sulphuris vivi
Aluminis crudi ana unciam unam,
Zibethi canini
Comarum ſambuci
Sabinæ ana drachmam unam,
Florum hyperici
Rorismarini
Herbæ rutæ
Plantaginis
Salviæ
Pulegii ana drachmas duas,

Coquantur per medium horæ quadrantem vaſe clauſo in
Vini albi
Aquæ ſolani ana libra una,
Tum removeantur ab igne, & diſſolvatur in hac aqua colata
Viridis æris uncia una,
Tandem rurſus coletur & ſervetur uſui.

Ad ſcorbutica & venerea oris, faucium & naſi ulcera optimè conducit ſic referente Hartmano.

AQUA VITÆ SEU ELIXIRIUM.

℞. Cinnamomi acuti
Corticum citri ana uncias tres,
Zinziberis
Zedoariæ
Caryophyllorum
Galangæ

Nucis Moſchatæ
Macis ana unciam unam,
Santali citrini
Ligni aloes
Cubebarum
Calami aromatici
Cardamomi minoris
Foliorum Majoranæ
Menthæ
Thymi
Serpilli
Florum roſarum rubrarum
Salviæ
Roriſmarini ana unciam ſemis,
Seminis aniſi
Fœniculi ana drachmas duas,

Inciſa & contuſa macerentur in
Spiritûs vini libris ſedecim,
Per aliquot dies, dein inſtituatur deſtillatio, ſi completa deſideretur, addantur
Ambræ gryſeæ
Moſchi ana ſcrupuli duo,

Si tincta expetatur, ſufficienti quantitate croci in petia ligati deſiderio ſatisfiat, ſi verò edulcorata arrideat, mediante ſacchari Canarini debitâ portione edulcoretur.

Aqua hæc epilepticis, ſyncopticis, & iis, qui loquelam amiſerunt, plurimùm opitulatur, tormina quoquè infimi ventris â flatibus aut refrigeratione provenientia ſedat.

AQUA VITÆ MULIERUM.

℞. Cinnamomi acutiſſimi
Nucis Moſchatæ
Macis
Zinziberis
Caryophyllorum
Granorum paradiſi
Cubebarum ana uncias duas,
Cardamomi unciam unam ſemis,
Galangæ drachmas ſex,
Piperis longi
Zedoariæ
Foliorum ſalviæ
Menthæ criſpæ
Meliſſæ ana unciam ſemis,

Inciſa & contuſa macerentur vaſe clauſo per quatuordecim dies in
Vini generoſi libris duodecim,
Dein inſtituatur deſtillatio.

In omnibus uteri affectionibus præſentaneum eſt remedium, eum roborando, ſuffocationes & flatus compeſcendo, inſuper caput, ventriculum & reliqua viſcera confortat, catarrhosquè tollit.

AQUA VULNERARIA EX SUCCIS.

℞. Herbæ ſaniculæ
Conſolidæ majoris
Verbaſci
Pimpinellæ
Sempervivi
Betonicæ
Urticæ minoris
Chærefolii
Vincæ pervincæ
Cichorei ana recentium quantum placet,

Exprimatur inde ſuccus, tum

℞. Suc-

℞. Succi hujus libras quatuor,
Aceti deſtillati libras tres,
Salis gemmæ uncias quatuor,
Fiat ex balneo Mariæ deſtillatio.

Vires ſunt in hæmorrhagiis ſtypticæ, conſolidantes, & acrimoniam humorum corrigentes in uſu tam interno quàm externo, vocatur & Eau d arquebuſade.

AQUA ZEDOARIÆ ANISATA.

℞. Radicis zedoariæ uncias ſex,
Seminis aniſi uncias tres,
Corticum citri unciam unam,
Inciſa infundantur in
Vini generoſi libris quinquè,
Peractâ digeſtione deſtillentur.

Ad flatus diſcutiendos, frigidam ventriculi intemperiem corrigendam, & concoctionem promovendam permagnæ eſt efficaciæ.

Parantur etiam aquæ ordinariæ ſimplices cum vino deſtillatæ, ut:

Aqua Cinnamomi,
Corticum aurantiorum,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Meliſſæ,
Menthæ,
Zedoariæ,

In quibus, lege artis, infuſio & deſtillatio inſtituitur.

Quoad reliquas ſimplices aquas in officinis noſtris exponuntur

Aqua Abrotani,
Abſynthii,
Acaciæ ex floribus,
Aqua Acetoſæ,
Acetoſellæ,
Agrimoniæ,
Alchimillæ,
Alkekengi ex baccis,
Anagallidis,
Anethi,
Angelicæ,
Aniſi,
Anſerinæ,
Aquilegiæ,
Artemiſiæ,
Aurantiorum è corticibus,
ex floribus,
Auriculæ muris,
Barbæ caprinæ,
Bardanæ,
Baſiliconis,
Bellidis ex floribus,
Betæ,
Betonicæ,
Betulæ ex ſucco,
Borraginis,
Bugloſſi,
Burſæ paſtoris,
Calaminthæ montanæ,
Vulgaris,
Calcis vivæ,
Calèndulæ ex floribus,
Capillorum veneris,
Cardui Benedicti,
Mariæ,
Carvi,
Centaurii minoris,
Ceraſorum Nigrorum,
Chærefolii
Chamædryos,
Chamæpytyos,
Chamæmeli romani,
Vulgaris,

Aqua Chelidoniæ,
Cheyri,
Cichorei,
Citri è corticibus,
Totius,
Cochleariæ,
Conſolidæ regalis,
Cuſcutæ,
Cyani ex floribus,
Ebuli ex baccis,
Endiviæ,
Enulæ,
Equiſeti,
Eupatorii,
Euphraſiæ,
Fabarum ex floribus,
Farfaræ,
Florum omnium,
Fœniculi,
Fragariæ,
Fragorum,
Fumariæ,
Galegæ,
Geniſtæ,
Gentianæ,
Geranii,
Graminis,
Hederæ terreſtris,
Hepaticæ nobilis,
Hyperici,
Hyſſopi,
Juniperi ex baccis,
Lactucæ,
Lavendulæ,
Leviſtici,
Liguſtri,
Liliorum alborum,
Convallium,
Lupuli,
Majoranæ,

Aqua Malvæ,
Marrubii,
Matricariæ,
Meliloti,
Meliſſæ,
Menthæ,
Per fermentationem,
Millefolii,
Naſturtii aquatici,
Nymphææ ex floribus,
Oculi populi,
Ononidis,
Origani,
Papaveris erratici,
Parietariæ,
Perfoliatæ,
Perſicorum ex floribus,
Petroſelini,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Pœoniæ ex floribus,
Portulacæ,
Primulæ veris,
Prunellæ,
Pulegii,
Pyrolæ,
Quercûs ex foliis,
Raphani,
Roris majalis,
Marini,
Roſarum albarum,
Damaſcenarum,
Rubi idæi,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ,
Sambuci ex floribus,
Saxifragiæ,
Scabioſæ,
Scolopendrii,

Aqua

Aqua Scordii,
Scorzoneræ,
Sempervivi,
Seri lactis,
Serpilli,
Sigilli Salomonis,
Solani,
Spermatis ranarum,
Tanaceti,
Taraxaconis,
Tiliæ ex floribus,
Tormentillæ,
Tunicæ ex floribus,
Tuſſilaginis,
Valerianæ,
Verbaſci,
Verbenæ,
Veronicæ,
Vincetoxici,
Violarum ex floribus,
Vitis ex lachrymis,
Urticæ,

Aquæ hæ omnes pro diverſitate ſubjecti vel per balneum Mariæ, vel balneum roris, vel arenam, lege artis, deſtillantur, & quædam purificantur.

Virtutes harum aquarum pro conſtituentis diverſitate diverſæ ſunt, ingredientibus ſuis correſpondentes.

SUCCI IN PHARMACIA MAGIS USUALES SUNT.

Succus acetoſellæ,
Succus Berberum,
Citri,
Cydoniorum,
Fragorum,
Granatorum,
Mororum,
Myrtillorum,
Pomorum redolentium,
Ribium,
Rubi idæi,
De ſpina cervina,

Qui omnes ſtato tempore mediante expreſſione, depuratione, filtratione, & conſervatione olei amygdalarum dulcium ſupernatantis, parantur, quamvis & alii ſucci, corruptioni, ſi aſſerventur, obnoxii, ex recentibus â perito mox parari poſſint.

VINA ORDINARIA SUNT.

Vinum Cydoniorum,
Granatorum acidorum,
Dulcium,
Ribium,
Rubi idæi,

Ubi ad ſucci libram unam ob diverſitatem ſumuntur ſacchari uncia una aut duæ, ut inde, lege artis, ſic dictum vinum emergat, quod oleo amygdalarum dulcium conſervatur. Quorum ſuccorum & vinorum virtutes ingredientium ſpecies æmulantur.

CLASSIS TERTIA.

DE

BALSAMIS.

BALSAMUM ANGLICANUM.

℞. Ceræ flavæ
Styracis liquidæ ana uncias tres,
Terebinthinæ claræ uncias duas,
Balſami peruviani
Opobalſami ana unciam ſemis,
Olei viridis
Hyperici ana libram unam,
Axungiæ humanæ unciam unam,
Sanguinis draconis
Santali rubri
Mumiæ ana drachmas duas,

Miſceantur, ſolvantur & colentur, ut fiat balſamum.

Inſigne eſt vulnerarium ad ulcera & vulnera tam internè quàm externè adhibendum.

BALSAMUM ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi libram ſemis,

Fluat benè in tigillo addendo ſucceſſivè ſalis tartari ex nitri & tartari crudi ana tantum, quantum antimonium eſt, his optimè liquatis injiciantur repetitis vicibus carbones pulveriſati, donec deflagratio ceſſet, omnibus refrigeratis ſcoriæ â regulo ſeparentur, & adhuc calidæ pulveriſatæ immittantur cucurbitæ vel phiolæ, ſuperaffundantur

Olei Juniperi unciæ quatuor,
Aniſi unciæ duæ,
Terebinthinæ uncia una,

Et capitello oblutato, appoſitoquè recipiente ponantur in balneum Mariæ, coquantur per octo horas, ut olea tincturâ ſulphuris antimoniatâ bene imprægnentur, & in balſamum redigantur.

In affectibus pectoris internè aſſumptum hoc balſamum mirè opitulatur.

BALSAMUM ANTISPASMODICUM.

℞. Pinguedinis anguillæ unciam unam,
Olei Galbani cum ſpiritu terebinthinæ deſtillati unciam ſemis,

Lumbri-

Lumbricorum terreſtrium
Liliorum alborum ana drachmas tres,
Succini albi
Roriſmarini
Angelicæ ana drachmam unam ſemis,
Baccarum Juniperi
Chamæmeli
Origani cretici
Baccarum lauri ana drachmam unam,
Caryophyllorum
Lavendulæ
Salviæ
Rutæ ana ſcrupulum unum,
Miſceantur omnia exactè, & cum
Olei nuciſtæ expreſſi libra una,
Fiat balſamum.

Præmiſſis univerſalibus in tremore, paralyſi & convulſionibus â cauſa frigida ortis nervos penetrando, motúsque convulſivos ſiſtendo ſalubriter adhibetur inungendo non ſolùm partem affectam, ſed & totam dorſi ſpinam.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Olei nuciſtæ expreſſi uncias tres,
Lavendulæ
Cinnamomi
Ligni rhodii
Caryophyllorum ana ſcrupulos duos,
Majoranæ
Anthos ana drachmam ſemis,
Rutæ
Succini ana ſcrupulum ſemis,
Balſami de peru nigri drachmam unam ſemis,
Cum ſufficienti quantitate fuliginis ſuccini fiat, lege artis, balſamum, quod incompletum nuncupatur. Pro completo autem addantur
Moſchi drachma una,
Zibethi
Ambræ gryſeæ ana ſcrupuli duo,
Et probè miſceantur ad invicem.

Vires ab ipſo nomine deſumere licèt.

BALSAMUM ARCÆI.

℞. Sevi Cervini uncias octo,
Terebinthinæ claræ
Gummi elemi ana uncias ſex,
Axungiæ porcinæ uncias quatuor,
Miſceantur exactè, & fiat, lege artis, balſamum.

Vulnerarium eſt uſitatiſſimum, nervos confortat, vulnera & ulcera conſolidat, luxationibus & contuſionibus medetur, vices quoquè digeſtivi ſupplet.

BALSAMUM BORRHI.

℞. Olei nuciſtæ expreſſi unciam unam,
Rutæ
Majoranæ
Anthos
Succini ana deſtillatorum drachmam ſemis,
Moſchi

Ambræ gryſeæ ana ſcrupulum unum,
Olei ſtillatitii cranii humani fœtidi quantùm ſatis, & fiat balſamum.

Virtutes ſunt cephalicæ & hyſtericæ.

BALSAMUM CELLENSE.

℞. Olei Nuciſtæ expreſſi unciam unam,
Camphoræ drachmam ſemis,
Miſceantur optimè, dein addantur
Olei lavendulæ
Rutæ ana ſcrupuli quatuor,
Salviæ
Succini albi
Majoranæ ana ſcrupulus unus,
Miſceantur, ut fiat, lege artis, balſamum.

Cujus vires cephalicæ ſunt & alexipharmacæ.

BALSAMUM COMMENDATORIS.

℞. Florum hyperici recenter ſiccatorum & mundatorum unciam unam,
Infundantur per viginti quatuor horas in
Spiritûs vini rectificatiſſimi libra una ſemis,
Extrahatur tinctura rubra, coletur cum expreſſione, & in colatura rurſus infundantur
Granorum ſtyracis unciæ duæ,
Balſami de peru optimi uncia una,
Olibani
Aloes ſuccotrinæ
Myrrhæ electæ
Radicis angelicæ ana uncia ſemis,
Contuſa digerantur per ſex dies in matratio exactè obturato, dein ſeparetur per inclinationem balſamum â fœcibus & ſervetur uſui.

Qui completum deſiderat hoc balſamum addat ultimæ infuſioni
Ambræ gryſeæ
Moſchi orientalis ana grana ſex.

Vulnerarium & mundificativum eſt inſigne tam interno quàm externo uſu.

BALSAMUM COSMETICUM.

℞. Olei amygdalarum dulcium ſine igne recentiſſimè parati drachmas tres,
Spermatis ceti recentiſſimi
Aceti ſaturni ana drachmas duas,
Olei tartari per deliquium ſcrupulum unum,
Miſceantur omnia, ut fiat balſamum.

Cujus virtutes ipſa nominis inſcriptio indigitat.

BALSAMUM EPISCOPALE.

℞. Olei nuciſtæ expreſſi uncias duas,
Succini
Anthos
Lavendulæ ana drachmas duas,

Mi-

Miſceantur, & fiat balſamum.

Vires ſunt cephalicæ & nervinæ.

BALSAMUM HYPNOTICUM.

℞. Olei Nucis Moſchatæ expreſſi drachmas quinquè,
Violarum
Nymphææ ana drachmas tres,
Seminis hyoſciami expreſſi
Papaveris albi expreſſi
Benzoin ana drachmam unam,
Probe invicem permixtis addantur
Unguenti populeonis uncia una,
Medullæ cervinæ
Opii in Spiritu vini diſſoluti
Extracti croci ana drachma una,
Miſceantur, & fiat balſamum.

In doloribus capitis & nimiis vigiliis prodeſt temporibus, naribus & pulſibus illinitum.

BALSAMUM HYSTERICUM.

℞. Olei nuciſtæ uncias tres,
Deſtillati galbani
Succini
Rutæ
Menthæ
Tartari fœtidi ana drachmam unam,
Axungiæ caſtorei drachmas ſex,
Miſceantur, & fiat balſamum.

Cujus vires ab ipſo nomine facilè deſumi poſſunt.

BALSAMUM INNOCENTII XI.

℞. Olibani electiſſimi
Myrrhæ electæ in granis
Aloes ſuccotrinæ
Balſami de tolu ſicci
Gummi hederæ in granis
Radicis gentianæ
Angelicæ ana unciam unam ſemis,
Herbæ conſolidæ majoris
Florum rorismarini ana unciam ſemis,
Hyperici unciam unam ſemis,
Opobalſami veri
Croci auſtriaci ana unciam ſemis,
Granorum ſtyracis
Benzoin
Balſami de peru nigri ana uncias duas,
Inciſis & contuſis groſſo modo affundantur
Spiritûs vini tartariſati optimi libræ quatuor,
Digerantur leniſſimo igne per quatuordecim dies, dein decantetur liquor, & forti expreſſione filtretur, ut balſamum benè nigricans & pingue remaneat, cui addantur
Olei abjetis
Terebinthinæ ana drachmæ ſex,
Digerantur rurſus per quatuor dies, & ſervetur balſamum uſui. Qui completum deſiderat, in fine addere poterit

Ambræ gryſeæ drachmas duas,
Moſchi drachmam unam,
Et taliter paretur balſamum.

Summum deprædicatur vulnerarium virtute mundificandi & conſolidandi.

BALSAMUM ISCHÆMUM.

℞. Sanguinis draconis in lachrymis unciam ſemis,
Benzoin amygdalati unciam unam,
Olei terebinthinæ uncias duas,
Spiritûs vini rectificatiſſimi libras duas,
Infundantur probè mixta, ut fiat balſamum.

Cujus virtutes in hæmorrhagiis ſiſtendis ſeſe exhibent.

BALSAMUM LOCATELLI.

℞. Ceræ Citrinæ optimæ uncias quatuor,
Olei olivarum
Terebinthinæ claræ ana uncias octo,
Solvantur leni igne, tum ab igne remotis addantur
Olei hyperici unciæ duæ,
Balſami peruviani uncia una ſemis,
Santali rubri pulveriſati uncia una,
Agitentur invicem usquè ad refrigerationem.

Conducit magnopere externo uſu in contuſionibus & vulneribus, interno uſu in hæmoptyſi & exulcerationibus internis.

BALSAMUM MAGICUM.

℞. Florum hyperici uncias quatuor,
Herbæ antirrhini cum ſemine
Sideritidis
Polytrichi
Rutæ ſummitatum
Pyrolæ
Salviæ ſylveſtris ana unciam unam,
Radicis morſûs diaboli
Valerianæ
Filicis
Victorialis longæ
Imperatoriæ
Carlinæ ana unciam ſemis,
Viſci Corylini uncias tres,
Pomorum momordicæ uncias duas,
Omnia legitimo tempore collecta & conciſa infundantur in
Vini generoſi libris tribus,
Olei olivarum libris quatuor,
Poſtquam per tempus ſteterint, coquantur ad conſumptionem vini, colaturæ addantur
Olei ſcorpionum compoſiti
Terebinthinæ ana unciæ tres,
Axungiæ humanæ unciæ quatuor,
Ceræ citrinæ libra ſemis,
Demum
Pulveris aſæ fœtidæ
Maſtichis
Mumiæ
Olibani

Myrr-

Myrrhæ ana uncia una,
Miſceantur, donec refrigeſcant, & fiat, lege artis, balſamum.

Contra maleficia & Incantationes vires exſerit inſignes, caput & nervoſum genus roborat, calculum quoquè & vermes expellit.

BALSAMUM MAGNANIMITATIS.

℞. Radicis pyrethri
Gummi euphorbii ana unciam unam,
Cantharidum unciam ſemis,
Vini generoſi libram ſemis,

Stent mixta in digeſtione per noctem, deinde addantur
Olei formicarum unciæ ſex,

Et coquantur invicem ad conſumptionem humiditatis, colaturæ addantur

Olei nucis moſchatæ expreſſi unciæ ſex,
Nuciſtæ deſtillati drachma una ſemis,
Piperis deſtillati
Caryophyllorum
Macis
Spicæ
Axungiæ caſtorei ana drachma una,
Zibethi
Moſchi optimi ana ſcrupulus unus,

Miſceantur, & fiat balſamum.

Balſamum hoc vires naturales dejectas reſuſcitat, veneremquè languentem ſtimulat.

BALSAMUM MARTIATUM.

℞. Apicum clavorum equinorum uncias quatuor,
Olei olivarum libram unam,
Affundantur
Aquæ fortis unciæ tres,

Digerantur in phiola oblonga, & ſtent per viginti quatuor horas leni digeſtione, dein decantetur, & novis apicibus ac aquæ forti reaffundatur decantatum, idquè tertiâ vice repetatur, materiâ craſsâ in fundo manente ſemper abjectâ & factâ viginti quatuor horarum digeſtione fiat decantatio, addendo
Camphoræ uncias duas,

Quamvis & ſine camphora parari poſſit.

Balſamum hoc excellentes virtutes habet in doloribus articulorum & podagricis ſiſtendis.

BALSAMUM ODONTALGICUM.

℞. Olei ligni buxi drachmas duas,
Caryophyllorum drachmam unam,
Opii
Camphoræ ana ſcrupulos duos,
Olei nuciſtæ unciam unam,

Miſceantur, ut fiat balſamum.

Cujus virtutes in atrociſſimis dentium doloribus ſiſtendis expertæ ſunt.

BALSAMUM PARALYTICUM.

℞. Olei galbaneti Paracelſi
Succini rectificati ana unciam unam,
Roriſmarini
Angelicæ ana drachmam unam,
Chamæmeli
Caryophyllorum
Salviæ
Lavendulæ ana drachmam ſemis,
Miſceantur & cum
Olei Nuciſtæ unciis ſex,
Fiat balſamum.

Vires ab ipſo nomine deſumi poſſunt, nam cerebro, nuchæ, & membris paralyticis, mediante inunctione, nervos roborando, mirum in modum opitulatur.

BALSAMUM PAREYRÆ BRAVÆ.

℞. Olei ſcorpionum compoſiti libram ſemis,
Balſami copayvæ uncias duas ſemis,
Sulphuris terebinthinati uncias duas,
Styracis liquidæ unciam unam,
Radicis pareyræ bravæ in ſubtiliſſimum pulverem redactæ uncias ſex,
Salis armoniaci depurati unciam unam,
Vini hungarici libram unam,
Bulliant lento igne ad conſumptionem vini ſemper ſpatulâ agitando, removeantur ab igne, & per linteum laneum colentur cum expreſſione, dein addatur
Balſami peruviani nigri uncia una ſemis,
Miſceantur benè, & fiat balſamum.

Quod ad calculos pellendos, dolores nephriticos ſiſtendos, & partes genitales roborandas auxilio eſt.

BALSAMUM POLYCHRESTUM.

℞. Radicis conſolidæ majoris
Anchuſæ ana uncias duas,
Olibani
Maſtichis
Benzoin
Mumiæ
Styracis ana unciam ſemis,
Inciſis & contuſis affundantur
Vini generoſi libræ duæ,
Stent per noctem in digeſtione, dein addantur
Olei hyperici libræ duæ,
Coquantur ad conſumptionem humiditatis, peractâ tum forti expreſſione addantur
Terebinthinæ libra ſemis,
Olei laurini unciæ tres,
Succini
Juniperi
Spicæ ana drachmæ duæ,
Nucis moſchatæ
Lavendulæ
Anthos ana drachma una,
Chamæmeli
Cumini ana drachma ſemis,

Balſa-

Balſami ſulphuris aniſati uncia ſemis,
Ex probè commixtis fiat balſamum.

Tam internè quàm externè adhibitum reficiendo, calefaciendo & diſcutiendo prodeſt in apoplexia, epilepſia, vertigine, aurium tinnitu, puncturis nervorum, ventriculi dolore, colica & tenſionibus hypochondriorum.

BALSAMUM PUERORUM DENTIENTIUM.

℞. Butyri Majalis non ſaliti uncias tres,
Pinguedinis gallinæ
Anatis ana drachmas duas,
Radicis anchuſæ
Florum papaveris erratici ana drachmam unam,

Coquantur in ſucco e cancris vivis contuſis cum aqua cyani extracto & radicis althææ ana unciis duabus, ad ſuccorum conſumptionem, dein expreſſis addantur
Sacchari Candi albi unciæ duæ,
Commiſcendo fiat balſamum.

Rarefaciendo & emolliendo gingivas balſamum hoc dolores infantum ſiſtit, & ſpasmodicos motus dentientium præcavet repetitâ illinitione.

BALSAMUM SAXONICUM.

℞. Olei lavendulæ
Succini ana ſcrupulos quatuor,
Pulegii
Majoranæ
Salviæ
Anthos
Satureiæ ana drachmam unam,
Macis
Rutæ ana ſcrupulos duos ſemis,
Menthæ
Origani ana ſcrupulos duos,
Nuciſtæ expreſſi uncias quinque,

Miſceantur omnia, & fiat balſamum.

Virtutes ſunt Cephalicæ, nervinæ & ſtomachicæ.

BALSAMUM STOMACHICUM.

℞. Olei menthæ criſpæ deſtillati unciam ſemis,
Aurantiorum
Caryophyllorum
Macis ana drachmam unam,
Abſynthii
Cumini
Anethi ana drachmam ſemis,
Balſami peruviani drachmas duas,
Olei nuciſtæ expreſſi uncias quatuor,

Miſceantur, & fiat balſamum.

Ventriculi concoctionem adjuvat, flatus & ructus acidos diſpellit, vomitúmque pituitoſum ſiſtit.

BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM.

℞. Olei aniſi uncias ſex,
Florum ſulphuris unciam unam,

Digerantur tam diu, donec oleum aniſi tincturam ſulphuris probè extraxerit, balſamum hoc rubicundiſſimum uſui ſervetur,

Qui eſt præſtans in pulmonibus purulentis, aſthmate, peripneumonia & conſimilibus.

Nec abſimiliter paratur & balſamum ſulphuris amygdalatum cum oleo amygdalarum dulcium, ſimiliter balſamum ſulphuris Juniperatum cum proprio oleo, pariter & balſamum ſulphuris ſuccinatum cum oleo ſuccini, & balſamum ſulphuris terebinthinatum cum oleo terebinthinæ.

Virtutes pro re nata ſuperioris balſami æmulantur.

BALSAMUM SULPHURIS RULANDINUM.

℞. Florum ſulphuris uncias tres,
Olei raparum vel nucum libram unam ſemis,
Vini generoſi libram ſemis,

Digerantur per octiduum, dein coquantur ad conſumptionem humidi, tum coletur & ſervetur uſui hoc balſamum.

Vires ſunt reſolventes & diſcutientes, ſpecificæ ad ambuſta.

BALSAMUM VITÆ.

℞. Radicis galangæ
Zedoariæ ana unciam unam,
Cardamomi minoris
Cubebarum
Ligni aloes ana unciam ſemis,
Myrrhæ
Maſtichis
Olibani
Styracis in granis
Benzoin amygdalatæ ana unciam ſemis,
Croci auſtriaci drachmas duas,

Pulveriſata & mixta infundantur in

Spiritûs vini rectificatiſſimi libris ſex,

Digerantur per octiduum, dein deſtillentur, lege artis, demum addantur

Olei deſtillati Caryophyllorum
Cinnamomi
Macis
Chamæmeli
de Cedro
Lavendulæ
Majoranæ
Anthos
Salviæ
Thymi ana drachma una ſemis,
Succini drachma ſemis,
Balſami peruviani uncia ſemis,

Miſceantur & circulentur, donec olea ſpiritui vini uniantur, fiatquè balſamum. Qui completum hoc balſamum deſiderat, addat in ultima circulatione

Ambræ

Ambræ gryſeæ drachmas duas,
Moſchi drachmam unam.

Cordiale eſt ſpecificum, ſpiritus tam animales quàm vitales refocillat, flatus diſcutit, & uterinis affectibus opitulatur.

BALSAMUM VULNERARIUM HANCKIANUM.

℞. Terebinthinæ libram unam,
Ceræ libram ſemis,
Olei olivarum cum foliis plantaginis cocti libras duas,
Laurini libram ſemis,
Hyperici
Juniperi ana unciam unam ſemis,
Spicæ
Petræ
Maſtichis
Gummi galbani
Olibani
Myrrhæ ana unciam ſemis,
Gummi ammoniaci
Elemi
Sandaracæ ana unciam unam,
Styracis liquidæ uncias quatuor,
Spiritûs vini uncias tres,
Salis alkali drachmam unam ſemis,
Miſceantur, lege artis, in balſamum.

Ex ipſo nomine patent vires ad vulnera mundificanda & conſolidanda celebres.

BALSAMUM VULNERARIUM MINDERERI.

℞. Terebinthinæ claræ unciam unam ſemis,
Gummi elemi in ea ſoluti unciam ſemis,
Olei hyperici unciam unam ſemis,
Ceræ deſtillati ſcrupulos duos,
Miſceantur, ut fiat balſamum.

Quod in vulneribus recentibus ſummè recommendatur, ſi lintea eô madefacta imponantur.

BALSAMUM VULNERARIUM VIRIDE.

℞. Herbæ ſpicæ cum floribus
Salviæ
Hyſſopi
Majoranæ
Thymi
Carvi cum ſemine
Menthæ aquaticæ
Criſpæ
Plantaginis
Rorismarini
Alchimillæ
Conſolidæ ſaracenicæ
Florum Chamæmeli
Roſarum rubrarum ana unciam ſemis,
Inciſa & contuſa infundantur in
Olei olivarum
Roſarum ana libris duabus,
Lini librâ unâ,
Cum

Terebinthinæ
Gummi ſagapeni ana librâ unâ,
Olibani electi librâ ſemis,

Hæc tria lege artis ſoluta ſtent in digeſtione in balneo Mariæ per tres dies, dein forti expreſſioni adhuc parum calidæ addantur

Olei ſpicæ
Terebinthinæ
Petræ ana unciæ quatuor,

Et dum adhuc per aliquot dies ſteterint, reponatur uſui.

Balſamum hoc ad vulnera mundificanda & conglutinanda tam internè quàm externè conducit.

Parantur & balſama ſimplicia cum oleo nuciſtæ e. g.

BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Olei Caryophyllorum drachmam unam,
Nuciſtæ, mediante Spiritu vini, odore ſuo ſpoliati drachmas tres,

Fiat, lege artis, balſamum, tincturâ, vel pulvere caryophyllorum tingendum.

Eodem parantur modo:

Balſamum Cinnamomi,
Citri,
Lavendulæ,
Macis,
Majoranæ,
Rhodii ligni,
Rorismarini,
Roſarum,
Rutæ,
Succini.

Quorum unumquodquè naturali ſuo tingatur colore, & vires ingredientibus correſpondent.

CLASSIS QUARTA.

DE

CONDITIS,

Conſervis, Elæoſaccharis, morſulis, rotulis & tabulis.

CONDIUNTUR IN PHARMACIA NOSTRA.

Acori radices,
Aurantiorum cortices,
    Flores,
Berberis fructus,
Calamus aromaticus,
Ceraſa acida,
Cichorei radices,
Citri caro,
    Cortices,
Conſolidæ majoris radices,
Cydonia,
Enulæ radices,
Eryngii radices,
Nuces Indicæ,
    Juglandes,
Ribes,
Satyrionis radices,
Scorzoneræ radices,
Zinziber.

Quæ ex his recenſitis parantur, condiantur, lege artis, ſacchari clarificati ſufficienti quantitate, quæ jam condita afferuntur, iis perſpecta patroni attentio invigilabit.

DE CONSERVIS.

De abſynthio Pontico.
    Vulgari,
Acetoſa,
Acetoſella,
Anthos,
Aurantiorum floribus,
Balauſtiæ floribus,
Bellidis albæ floribus,
    Rubræ floribus,
Betonicæ floribus,
Borraginis floribus,
Bugloſſi floribus,
Calendulæ floribus,
Carduo benedicto,
Centaurii minoris floribus,
Cichorei floribus,

Citro ex pulpa,
Cochlearia,
Euphraſia,
Farfara,
Fumaria,
Hedera terreſtri,
Hyperici floribus,
Lavendulæ floribus,
Liliis convalliis,
Majorana,
Malva arborea,
    Vulgaris floribus,
Meliſſa,
Mentha,
Nymphææ floribus,
Papavere erratico,
Paralyſeos floribus,
Perſicorum floribus,
Pœoniæ floribus,
Roſis albis,
    Damaſcenis,
    Rubris,
    Vitriolatis,
Ruta,
Salviæ floribus,
Scabioſæ floribus,
Trifolio fibrino,
Tunicæ floribus,
Veronica,
Violarum floribus,

Parantur conſervæ, ubi ad minutiſſimè conciſorum florum & foliorum libram unam adduntur ſacchari canarini libræ duæ, & taliter, lege artis, conficiantur conſervæ, ingredientis virtutes ſecumferentes.

DE ELÆOSACCHARIS.

Materiam pro elæoſaccharis præbent.

Aniſum,
Aurantia poma,
Cinnamomum,
Citri poma,
Fœniculum,
Macis,
Saſſafras,
Succinum.

Ad quæ conficienda ſumatur prædictorum olei ſcrupulus unus, & inſtilletur ſacchari Canarini unciæ uni, exceptis aurantiis & citri pomis, ubi de recentibus corticibus mediante attriturâ ſacchari parandum eſt, lege artis, elæoſaccharum.

DE MORSULIS.

MORSULI AD ARDOREM VENTRICULI.

℞. Cretæ colonienſis unciam ſemis,
Cornu cervi uſti drachmas duas,
Oculorum cancrorum
Boli armenæ
Coralliorum rubrorum ana præparatorum drachmas tres,
Nucis moſchatæ drachmam unam,
Sacchari albi in aqua fontana ſoluti libram unam.

Pul-

Pulveriſata miſceantur, & fiant, lege artis, morſuli.

Vires ſunt ſtomachicæ & temperantes, in cardialgiis expertæ.

MORSULI IMPERATORIS.

℞. Piſtaciorum decorticatorum
Amygdalarum dulcium ana drachmas ſex,
Flavedinis corticum citri recentis drachmas tres,
Specierum Imperatoris minutim inciſarum & contuſarum drachmas ſex,
Sacchari in aqua fontana ſoluti libram unam ſemis,
Aquæ naphæ ad odoris gratiam drachmas tres,

Fiant, lege artis, morſuli, qui etiam ſine fructibus parari poſſunt.

Vires in confortando, & ad digeſtionem adaptando ſtomacho ſunt celebres.

MORSULI MAGNANIMITATIS.

℞. Scinci marini unciam ſemis,
Boleti cervini
Priapi cervi
Radicis pyrethri ana drachmas duas,
Satyrionis conditæ
Eryngii conditæ
Nucis indicæ conditæ ana unciam unam,
Seminis erucæ
Fraxini
Borracis venetæ
Piperis albi
Longi
Cardamomi minoris ana drachmam unam,
Specierum Imperatoris drachmas ſex,
Vaniglæ drachmam unam,
Sacchari albi in aqua Cinnamomi ſoluti libras duas,

Minutim inciſa & pulveriſata miſceantur, ut fiant, lege artis, morſuli; ſi completi deſiderentur, addantur

Ambræ gryſeæ ſcrupuli duo,
Moſchi ſcrupulus unus,
Zibethi ſcrupulus ſemis.

Virtutes ſunt ſummè aphrodiſiacæ, dum languentem venerem potenter ſtimulant.

MORSULI PURGANTES.

℞. Cremoris tartari
Diagrydii ſulphurati optimè pineis ſubacti ana unciam ſemis,
Mechoacannæ albæ drachmas ſex,
Nitri depurati drachmam unam,
Sacchari albiſſimi in aqua fontana diſſoluti libram unam,

Circa finem addendo aquæ naphæ quantum ſatis ad gratiam

fiant, lege artis, morſuli ad drachmas duas, plus minùs.

Virtutes purgantes ex inſignitione nominis abundè patent.

MORSULI TARTAREI.

℞. Cremoris tartari drachmas ſex,
Fœcularum acetoſellæ drachmam unam,
Sacchari albiſſimi libram unam,
Succi citri recentis quantum ſatis,
Miſceantur, & fiant Morſuli.

Vires ſunt digeſtivæ, ſitim ſedantes, bilem contemperantes, & appetitum proſtratum excitantes.

ROTULÆ BERBERUM.

℞. Sacchari albi pulveriſati libram unam,
Incaleſcat ad ignem, dein addatur
Succi berberum depurati quantum ſatis,
Et fiant, lege artis, rotulæ.

Ad ſitim ſedandam, & refrigerationem procurandam recommendantur.

ROTULÆ DIACODII SOLIDI.

℞. Seminis papaveris albi unciam ſemis,
Aquæ farfaræ uncias tres,
Fiat emulſio, in qua diſſolvatur
Sacchari albiſſimi quantum ſatis,
Tandem fiat, lege artis, confectio in rotulis.

ROTULÆ DIACODII CROCATÆ.

Parantur eodem modo addendo ad ſacchari uncias quatuor croci auſtriaci pulveriſati ſcrupulum unum.

Vires utriusquè compoſitionis conſiſtunt in tenuibus, ſalſis & craſſis catarrhis inhibendis, tuſſi ſedanda, & raucedine; in magna verò quantitate ob rancedinem hæc confectio non paretur.

ROTULÆ DIAIREOS.

℞. Specierum diaireos ſimplicium unciam unam ſemis,
Sacchari albiſſimi libram unam,
Fiant inde, lege artis, rotulæ.

ROTULÆ DIAIREOS CROCATÆ.

Eadem methodo præparantur, ſumendo ad ſacchari libram unam Croci auſtriaci pulveriſati drachmam unam.

Utraquè compoſitio in tuſſi ad exſcreationem promovendam conducit.

ROTULÆ DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

℞. Specierum diatragacanthi frigidi unciam unam ſemis,

Sac-

Sacchari albiſſimi libram unam,

Conficiantur exinde, lege artis, rotulæ.

ROTULÆ DIATRAGACANTHI FRIGIDI CUM BOLO.

℞. Specierum diatragacanthi frigidi unciam unam,
Boli armenæ præparatæ unciam ſemis,
Sacchari albiſſimi libram unam,

Conficiantur, lege artis, rotulæ.

Quæ utræquè in tenuibus & acribus defluxionibus recommendantur.

ROTULÆ MANUS CHRISTI SIMPLICES.

℞. Sacchari albiſſimi libram unam,
Aquæ roſarum quantum pro ſolutione ſufficit,

Coquantur, lege artis, ut queant formari rotulæ.

ROTULÆ MANUS CHRISTI PERLATÆ.

Parantur eodem modo, ſub finem coctionis addendo
Margaritarum præparatarum unciam ſemis,

Et fiant rotulæ.

In æſtu febrili, deliriis, & cauſo refocillationem & auxilium afferunt.

ROTULÆ AD VERMES.

℞. Seminis Santonici unciam unam ſemis,
Mechoacannæ
Dictamni albi ana unciam ſemis,
Cornu cervi uſti
Corallinæ ana drachmam unam ſemis,
Florum tanaceti drachmam unam,
Seminis coriandri drachmam ſemis,

Pulveriſentur & cum
Sacchari Canarini in aqua graminis ſoluti libra una ſemis,

Fiat, lege artis, confectio in rotulis.

Cujus vires ab ipſa denominatione deſumuntur.

ROTULÆ VIOLARUM.

Parantur ex infuſione violarum ſuo tempore.

Uſus præcipuus eſt in Catarrhis & defluxionibus ſalſis.

TABULÆ DE ALTHÆA.

℞. Radicis althææ albiſſimæ pulveriſatæ unciam unam ſemis,
Sacchari Canarini libram unam,

Fiant, lege artis, cum ſufficienti

quantitate mucilaginis tragacanthi ſeu radicis althææ tabulæ.

Uſus præcipuus eſt in affectibus veſicæ, renum & pectoris, ut peripneumonia, pleuritide & conſimilibus.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞. Florum roſarum rubrarum mundatorum drachmas duas,

Pulveriſentur ſubtiliſſimè, & irrorentur ſpiritûs vitrioli guttis duodecim, dein immiſceantur in ſacchari albi in aqua roſarum diſſoluti & ad debitam conſiſtentiam coćti uncias quatuor, fiat inde confectio in morſulis aut tabulis.

Cor & ſpiritus vitales inſigniter roborare expertum eſt.

BACCILLI LIQUIRITIÆ ALBI.

℞. Gummi arabici albi
Specierum diaireos ſimplicium
Diatragacanthi ana unciam ſemis,
Pulveris liquiritiæ unciam unam,
Amyli unciam unam ſemis,
Sacchari finiſſimi libras tres,

Miſceantur, & cum mucilaginis gummi tragacanthi ſufficienti quantitate fiant baccilli.

BACCILLI LIQUIRITIÆ CITRINI.

℞. Pulveris liquiritiæ unciam unam,
Ireos florentinæ
Amyli ana unciam ſemis,
Croci ſcrupulos duos,
Sacchari albiſſimi libram unam,

Fiant cum ſufficienti quantitate mucilaginis gummi tragacanthi, lege artis, baccilli.

Confectio utraque in Catarrhis & defluxionibus acribus opem præbet.

CLASSIS QUINTA.

DE SPECIEBUS

DECOCTORUM

Infuſionibus & Emulſionibus.

DECOCTUM ALEXIPHARMACUM.

℞. Radicis leviſtici
Vincetoxici ana libram unam,
Herbæ galegæ
Scordii ana libram ſemis,
Corticum citri unciam unam ſemis,
Conciſa miſceantur pro uſu.

In peſte & febribus malignis ſaluberrimum potum ſubminiſtrat.

DECOCTUM DE ALTHÆA.

℞. Radicis althææ uncias octo,
Graminis
Aſparagi
Liquiritiæ
Uvarum paſſarum mundatarum
Herbæ althææ ana uncias duas,
Malvæ
Parietariæ
Pimpinellæ
Plantaginis
Adianthi albi
Nigri ana unciam unam,
Cicerum rubrorum uncias quatuor,
Seminum quatuor frigidorum majorum ana uncias tres,
Mixta & inciſa ſerventur pro uſu.

Ardorem urinæ mitigat, pituitam craſſam viſcoſam, ſaniem renum purulentam & arenoſam per urinam expellit.

DECOCTUM ANTIASTHMATICUM.

℞. Herbæ Hyſſopi
Marrubii ana unciam unam,
Radicis enulæ uncias duas,
Liquiritiæ
Seminis fœniculi ana unciam ſemis,
Aniſi
Cinnamomi ana drachmas duas,

Conciſa miſceantur pro uſu.

Virtutes ex ipſa nominis inſcriptione patent.

DECOCTUM ANTI-FEBRILE.

℞. Radicis acetoſæ libras tres,
Scorzoneræ libram unam,
Raſuræ cornu cervi libram ſemis,
Hordei crudi libras duas,
Seminis fœniculi
Corticum citri ſiccatorum ana uncias tres,

Inciſa miſceantur & ſerventur pro uſu.

In omnibus febribus & inflammationibus internis gratum hauſtum ſuppeditat.

DECOCTUM ANTI-ICTERICUM.

℞. Radicis Cichorei
Chelidoniæ majoris
Rhapontici veri
Curcumæ
Fragariæ
Graminis
Fœniculi
Aſparagi ana uncias duas,
Herbæ ſcolopendrii
Chelidoniæ
Fragariæ
Agrimoniæ
Ceterach ana unciam unam,
Seminis aniſi
Coriandri ana unciam ſemis,

Inciſa, contuſa & mixta ſerventur uſui.

Ad obſtructiones viſcerum reſerandas magnopere recommendatur.

DECOCTUM ANTI-PODAGRICUM.

℞. Hermodactylorum
Radicis chinæ electæ
Sarſaparillæ electæ
Polypodii quercini ana uncias quatuor,
Ligni ſancti libram ſemis,

Inciſa absquè omni pulvere infundantur per viginti quatuor horas, & coquantur cum
Aquæ fontanæ libris triginta duabus,

In fine decoctionis addendo
Vini albi generoſi libras ſedecim,

Ebulliant ad tertiæ partis conſumptionem, dein decantetur, & ſuper reſiduas ſpecies reaffundantur
Aquæ fontanæ libræ ſedecim,

Et repetatur decoctio, in fine ejuſdem rurſus addendo
Vini albi generoſi libras octo,

Et ebulliant rurſus ad tertiæ partis conſumptionem; gemina hæc decocta invicem mixta benè colentur, & dentur pro uſu.

In affectibus arthriticis, rheumatismis & podagra apud noſtrates optimo ſucceſſu exhibetur.

DECOCTUM ANTI-SCORBUTICUM.

℞. Herbæ Cochleariæ

Naſtur-

Naſturtii aquatici
Beccabungæ
Marrubii albi
Fumariæ
Trifolii fibrini ana unciam ſemis,
Radicis raphani ſylveſtris libram ſemis,
Polypodii
Sarſaparillæ ana uncias tres,
Seminis aniſi drachmas ſex,

Conciſa & mixta ſerventur pro infuſione.

Ad acrimoniam humorum corrigendam perutiliter adhibetur.

DECOCTUM APERITIVUM MAJUS.

℞. Herbæ endiviæ
Cichorei
Epithymi
Fumariæ
Scolopendrii
Radicis polypodii quercini
Liquiritiæ ana unciam unam,
Radicum quinquè aperientium ana uncias duas,
Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus
Paſſularum minorum mundatarum ana uncias ſex,
Agarici albi unciam unam ſemis,
Seminis aniſi
Fœniculi
Corticum tamariſci
Capparum ana drachmas ſex,

Inciſa craſſiuſculè conterantur, & probè mixta uſui ſerventur.

In contumaci viſcerum obſtructione, indequè ortis febribus, ictero ut & hydrope opportunum eſt remedium.

DECOCTUM APERITIVUM MAJUS CUM RHABARBARO.

℞. Specierum decocti aperitivi majoris
Minoris ana uncias tres,
Rhabarbari electi
Cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Spicæ indicæ ſcrupulos duos,
Conciſa miſceantur pro uſu.

Uſus priori correſpondet, niſi quod etiam inveteratas viſcoſitates penitiùs reſolvat & educat.

DECOCTUM APERITIVUM MINUS.

℞. Herbæ agrimoniæ
Cichorei
Cuſcutæ
Betonicæ
Ceterach
Fumariæ ana unciam unam,
Radicis apii
Fœniculi
Petroſelini
Graminis
Polypodii quercini
Liquiritiæ ana uncias quatuor,
Aſari unciam ſemis,

Foliorum orientalium ſine ſtipitibus uncias tres,
Prunorum damaſcenorum ſine nucleis
Paſſularum minorum ana uncias ſex,
Seminis aniſi
Fœniculi
Florum quatuor cordialium ana unciam unam,
Inciſa & contuſa miſceantur ad uſum.

Incidendo, attenuando & abſtergendo humores lentos viſceribus impactos reſolvit & detergit.

DECOCTUM AVENÆ.

℞. Avenæ recentis ſæpius lotæ uncias quatuor,
Ligni ſantali rubri unciam unam,
Radicis cichorei ſylveſtris drachmas ſex,
Miſceantur inciſæ hæ ſpecies & cum
Aquæ fontanæ libris duodecim,
Coquantur ad conſumptionem tertiæ partis, addendo ultimatim
Nitri antimoniati unciam ſemis,
Edulcoretur
Sacchari canarini unciis duabus,
Et ſi placet, aromatizetur corticibus citri recentibus ad gratiam, detur pro uſu, cui hic color non arridet, pro colore mutando loco ſantali rubri ſumat ſantalum citrinum.

Qui continuatus præſtans eſt in doloribus capitis inveteratis, obſtructionibus, defluxionibus acribus & ſalinis, arthritide, ſcorbuto, palpitatione cordis, paſſionibus hyſtericis, & menſtruis ſuppreſſis.

DECOCTUM CARMINATIVUM.

℞. Seminis aniſi
Dauci
Cumini
Carvi
Fœniculi
Florum chamæmeli vulgaris ana uncias ſex,
Radicis liquiritiæ uncias octo,
Paſſularum minorum libram unam.
Inciſa miſceantur pro uſu.

Ad flatus diſcutiendos & inde ortam colicam mitigandam in enematibus potiſſimùm adhibetur.

DECOCTUM SEU INFUSUM CITRI TOTIUS.

℞. Pomorum citri, de quorum flavedine cum infraſcripto ſaccharo prius elæoſaccharum paratum ſit, numerô quatuor,
Elæoſacchari hujus parati ex Saccharo canarino uncias quatuor,
Infundatur calide benè tectum hoc

hoc elæoſaccharum per aliquot horas cum

Aquæ fontanæ bullientis libris ſex,

Factâ refrigeratione imprimatur ſuperiùs memoratorum, & flavedine orbatorum pomorum ſuccus, coletur, & uſui ſervetur.

Egregius potus eſt in epidemiis, febribus ardentibus, variolis, ſiti intenſa, & inflammationibus, ob virtutes cordiales & à putredine præſervantes.

DECOCTUM DYSENTERICUM.

℞. Radicis tormentillæ
Biſtortæ ana libram ſemis,
Liquiritiæ
Florum papaveris erratici
Maſtichis electæ ana unciam unam,
Nucis moſchatæ unciam ſemis,
Raſuræ cornu cervi uncias tres,

Inciſa miſceantur pro uſu.

Virtutes ex nomine patent.

DECOCTUM EMOLLIENS.

℞. Florum chamæmeli vulgaris
Radicis althææ ana unciam unam ſemis,
Herbarum quinque emollientium uncias quinque,
Seminis fœnugræci
Lini ana unciam unam,

Inciſa & contuſa miſceantur & ſerventur pro uſu.

Præcipuus uſus eſt reſpectu nominis in clyſteribus, tùm externè ad cataplasmata applicando.

DECOCTUM FLORUM ET FRUCTUUM.

℞. Tamarindorum ſine nucleis & ſtipitibus uncias octo,
Prunorum damaſcenorum enucleatorum uncias ſex,
Jujubarum
Sebeſten ana enucleatarum uncias quatuor,
Caricarum pinguium uncias tres,
Florum quatuor cordialium ana drachmas ſex,
Herbæ capillorum veneris
Veronicæ
Hederæ terreſtris
Radicis liquiritiæ ana unciam ſemis,

Incidantur & contundantur pro uſu.

Cor, hepar & præprimis pectus refocillat, humores craſſos & viſcidos ad exſcreationem promovendo.

DECOCTUM FORESTI.

℞. Caricarum pinguium libram unam,
Sebeſten libram ſemis,
Radicis ononidis
Liquiritiæ ana uncias quatuor,
Seminis malvæ
Althææ ana uncias tres,

Seminum quatuor frigidorum majorum ana uncias duas,
Cicerum rubrorum
Hordei mundati ana libram unam ſemis,
Conciſa miſceantur pro uſu.

Virtutes ſunt pectorales, diureticæ & antinephriticæ.

DECOCTUM PRO GARGARISMATE.

℞. Herbæ plantaginis
Prunellæ ana uncias quatuor,
Uvulariæ uncias tres,
Salviæ uncias duas,
Florum roſarum rubrarum,
Malvæ arboreæ
Balauſtiæ ana unciam unam,
Inciſa miſceantur & pro uſu ſerventur.

Virtutes ex ipſo nomine facilè eſt colligere.

DECOCTUM LIGNORUM.

℞. Ligni ſancti libras tres,
Saſſafras libram unam,
Santali rubri libram ſemis,
Radicis bardanæ libram unam ſemis,
Sarſaparillæ
Chinæ ana libram unam,
Liquiritiæ libram ſemis,
Seminis aniſi
Fœniculi ana uncias tres,
Inciſa & contuſa miſceantur pro uſu.

In morbis â lue venerea ortis, ad ſanguinem depurandum & dulcificandum optato ſucceſſu adhibetur.

DECOCTUM MILLEFOLII.

℞. Millefolii cum flore purpureo uncias novem,
Herbæ tormentillæ cum radice
Pimpinellæ cum toto
Plantaginis
Conſolidæ ſaracenicæ
Florum roſarum rubrarum ana unciam unam ſemis,
Conciſa pro uſu miſceantur.

In affectibus thoracis, hæmoptyſi & conſimilibus, præſtans ejus uſus eſt.

DECOCTUM NIGRUM.

℞. Aluminis crudi libram unam,
Vitrioli viridis libram ſemis,
Gallarum turcicarum uncias quatuor,
Viridis æris
Tartari albi ana uncias duas,
Miſceantur contuſa & ſerventur pro uſu. Si verò coquendum ſit, fiat cum
Aceti vini libris octo,
Ad conſumptionem medietatis, dein addatur
Spiritûs vini rectificatiſſimi libra una,
Et coletur.

Ad ulcera antiqua deſiccanda, aliasquè

asquè cutis defluxiones ſiſtendas externo uſu recommendatur.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Jujubarum recenter enucleatarum libras ſeptem,
Dactylorum recenter enucleatorum libras quatuor,
Caricarum pinguium
Paſſularum minorum
Hordei mundati ana libras tres,
Liquiritiæ minutim conciſæ libram unam ſemis,
Herbæ capillorum veneris uncias novem,
Inciſa probè miſceantur.

In catarrho, tuſſi, aſthmate, pleuritide aliisquè pectoris affectibus, thoracem leniendo, & humores impactos abſtergendo conducit.

DECOCTUM VULNERARIUM.

℞. Herbæ ſaniculæ
Alchymillæ
Pulmonariæ arboreæ
Conſolidæ majoris
Perfoliatæ
Plantaginis
Hyperici cum floribus
Agrimoniæ
Pimpinellæ
Bugulæ
Urticæ
Virgæ aureæ ana unciam unam,
Radicis tormentillæ
Conſolidæ majoris
Rhapontici ana libram unam,
Miſceantur omnia conciſa pro uſu.

In vulneribus tam internis quàm externis, & ictibus conducit, brevi ſanando.

INFUSUM ASELLORUM.

℞. Aſellorum vivorum mundatorum & vino albo lotorum uncias duas,
Contundantur in mortario lapideo inſpergendo
Pulveris ſeminis aniſi drachmam unam,
Et cum
Aquæ chærefolii
Hyſſopi ana unciis quatuor,
Fiat fortiſſima expreſſio, cui addantur
Syrupi de duabus radicibus uncia una,
Elæoſacchari citri recenter parati drachmæ duæ,
Mixta ſtent per aliquot horas, ſeu per noctem, dein per linteum decantentur unciæ duæ pro doſi ſæpiùs de die ſumenda, & quotidie recenter paranda.

In obſtructionibus reſerandis, dolore nephritico, difficultate urinæ, aſthmate & raucedine recommendatur.

INFUSUM SIVE AQUA ANGELICA.

℞. Cremoris tartari drachmas duas,
Aquæ fontanæ uncias octo,

Coquantur ad remanentiam unciarum ſex, in quibus clarificentur

Mannæ calabrinæ electæ unciæ duæ aut tres,

In ebullitione addatur

Succi citri recentis uncia ſemis,

Refrigeſcat, & ſuper cortices pomi citri unius exteriores coletur infuſum; cui placet, pro ſtimulo in ebullitione addi poteſt

Magiſterii tartari purgantis drachma ſemis vel ſcrupuli duo.

Bilem, ſeroſosquè ventriculi tunicis impactos viſcidos humores blandè per inferiora ſubducit.

INFUSUM SIVE AQUA LAXATIVA.

℞. Foliorum Orientalium ſinè ſtipitibus uncias tres,
Paſſularum minorum unciam unam ſemis,
Radicis polypodii quercini drachmas tres,
Seminis coriandri drachmas duas,
Cremoris tartari unciam ſemis,

Miſceantur & decoquantur cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate ad libras duas, colaturæ poſt fortem expreſſionem addantur

Mannæ calabrinæ electæ unciæ octo,

Colata, & lege artis, clarificata ſervetur uſui.

Vires â denominatione hujus infuſi depromere licet.

INFUSUM SEU TINCTURA FLORUM BELLIDIS.

℞. Florum bellidis rubræ hortenſis unciam unam,

Irroretur phlegmatis vitrioli acidulati drachmis tribus, & fiat dein infuſio cum aquæ florum bellidis bullientis libra una ad extractionem tincturæ.

In tuſſi, aſthmate, pleuritide, ſputo ſanguinis, reliquisquè pectoris affectibus refocillationem conciliat.

INFUSUM SEU SANGUIS CICHOREI SIMPLEX.

℞. Herbæ cichorei uncias ſex,
Salis tartari drachmas tres,

Infundantur per noctem in

Aquæ cichorei bullientis libris tribus,

Dein forti expreſſione coletur, & ſuper novas herbas ſine ſale tartari novo fiat terna infuſio.

INFUSUM SEU SANGUIS CICHOREI CHAMÆDRYATUS.

Paratur eodem modo, addendo ad herbæ Cichorei uncias ſex herbæ chamædryos uncias duas.

IN-

INFUSUM SEU SANGUIS CICHOREI CUM RHABARBARO.

℞. Infuſi cichorei ſimplicis libras duas,
Rhabarbari electi unciam unam,
Infundantur per noctem, dein coletur infuſum.

Vires horum trium infuſorum pro re nata variant, cæterùm maſſam ſanguineam â pravis humoribus depurant, acrimoniam, ſeroſosquè humores blandè ſubducunt, eidemquè maſſæ balſamicam conſtitutionem reconciliant.

INFUSUM AD FLUOREM ALBUM.

℞. Radicis rubiæ tinctorum uncias tres,
Seminis petroſelini hortenſis unciam unam ſemis,
Herbæ pulegii unciam ſemis,
Caryophyllorum
Cubebarum ana numero viginti,
Macis
Croci ana ſcrupulum unum,
Inciſa & contuſa infundantur per viginti quatuor horas in
Vini generoſi libris octo,
Colatura ſervetur uſui.

Correſpondet uſus inſcriptioni, ſi præmiſſis præmittendis mane & poſt digeſtionem libra ſemis calidiuſculè ſumatur.

INFUSUM SEU TINCTURA PAPAVERIS ERRATICI.

℞. Florum papaveris erratici unciam ſemis,
Irroretur
Spiritûs vitrioli guttis quindecim,
Addatur
Sacchari canarini uncia una,
Tum infundatur in
Aquæ florum papaveris libra una,
Colatura ſervetur uſui.

Virtutes hoc infuſum in omnibus pectoris affectibus abundè demonſtrat.

INFUSUM PECTORALE PURGANS.

℞. Specierum decocti pectoralis libram unam,
Folliculorum ſennæ inciſorum unciam unam ſemis,
Miſceantur & ſerventur pro infuſo.

Quod thoracis affectibus reſolvendo, abſtergendo & blandè ſubducendo opitulatur.

INFUSUM RHABARBARI ABSTERGENS.

℞. Rhabarbari electi drachmam unam ſemis,
Roſarum rubrarum ſiccarum drachmam ſemis,
Radicis liquiritiæ raſæ
Florum malvæ arboreæ rubræ ana ſcrupulum unum,

Incidantur & infundantur per noctem in
Aquæ plantaginis calidæ unciis tribus,
Manè in colatura diſſolvatur
Mannæ calabrinæ electæ uncia ſemis,
Addantur
Elæoſacchari nucis moſchatæ ſcrupulus ſemis,
Spiritûs vitrioli guttæ quatuor.
Sicquè fiat hauſtus pro una doſi calidè exhibendus.

Commendat hoc infuſum efficaciter Mynſichtus ad omnia alvi profluvia, dum unâ alteravè ſede cauſam morbificam tollit.

INFUSUM SEU TINCTURA ROSARUM.

℞. Florum roſarum rubrarum exſiccatarum unciam ſemis,
Irroretur
Spiritûs vitrioli guttis quindecim,
Addantur
Sacchari canarini uncia una ſemis,
Stent infuſa per quatuor horas in
Aquæ fontanæ calidæ libra una,
Et ſic paretur infuſum.

Pro refrigeratione, hepatisquè confortatione in febribus æſtuantibus recommendatur.

INFUSUM, SEU SERI LACTIS TINCTURA PURGANS.

℞. Tamarindorum enucleatorum unciam ſemis,
Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus drachmas duas,
Florum quatuor cordialium ana ſcrupulum unum,
Quibus affundatur ſeri lactis caprini ferventis & optimè depurati libra ſemis, ſtet ad extractionem tincturæ, cui, ſi libet, ad gratum odorem conciliandum addi poteſt elæoſacchari citri recentis quantum ſatis, hinc filtretur, & exhibeatur repetitis diebus pro uſu.

Vires ſunt ſanguinem depurantes, bilem flavam & ichores maſſæ ſanguineæ admixtos educentes, cutimquè ab eriſipelatode & ſcabioſa prurigine mundantes.

INFUSUM TAMARINDORUM.

℞. Tamarindorum ſine nucleis libram ſemis,
Elæoſacchari citri de duobus pomis,
Succi pomi citri unius,
Cremoris tartari drachmas duas,
Cum
Aquæ fontanæ ferventis libris octo,
Fiat infuſio, colatura clara detur.

In ictero, febribus, item ad ſitim levandam, bilemquè præcipitandam adhibetur.

IN-

INFUSUM SEU THEE GERMANICUM.

℞. Herbæ betonicæ
Salviæ ana unciam unam ſemis,
Veronicæ
Scolopendrii
Hederæ terreſtris
Farfaræ
Scabioſæ ana uncias tres,
Groſſo modo conciſa miſceantur.

In defluxionibus Catarrhoſis, tuſſi, raucedine & conſimilibus affectibus deſideratum effectum præſtat.

DE EMULSIONIBUS.

EMULSIO ALEXIPHARMACA ET EXPULSIVA.

℞. Seminis cardui benedicti
Papaveris albi
Napi
Aquilegiæ ana drachmam unam,
Citri ſcrupulum unum,
Melonum drachmas duas,
Aquæ cardui benedicti
Scorzoneræ
Scordii ana uncias duas,
Fiat, lege artis, emulſio, cui addatur
Syrupi acetoſitatis citri uncia una.

Virtutes hujus emulſionis ex nomine patent.

EMULSIO CANNABINA.

℞. Seminis cannabis unciam ſemis,
Seminum quatuor frigidorum majorum ana drachmam unam,
Aquæ nymphææ
Malvæ ana uncias duas ſemis,
Fiat inde emulſio, cui addantur
Oſſis ſepiæ drachma ſemis,
Nitri antimoniati ſcrupulus ſemis,
Magiſterii ſaturni grana quinque,
Syrupi nymphææ drachmæ tres,
Miſceantur, & exhibeatur hæc emulſio pro una doſi.

In gonorrhæa, pollutione, priapiſmo, aliisquè conſimilibus affectibus medetur.

EMULSIO CORDIALIS PERLATA.

℞. Seminis melonum drachmas duas,
Aquilegiæ ſcrupulum unum,
Citri ſcrupulum ſemis,
Amygdalarum dulcium numerô octo,
Aquæ ſcorzoneræ
Borraginis ana uncias duas,
Totius citri unciam ſemis,
Fiat, lege artis, emulſio, dein addantur

Margaritarum præparatarum
Cornu cervi ſine igne ana ſcrupulus unus,
Manûs Chriſti perlatæ drachma una,
Et exhibeatur pro unâ vice.

Virtutes ex tituli inſcriptione facilè colliguntur.

EMULSIO LAXATIVA.

℞. Amygdalarum dulcium excorticatarum
Seminis melonum ana drachmas tres,
Cum
Aquæ Cichorei
Acaciarum
Florum perſicorum
Violarum ana uncia una ſemis,
Fiat, lege artis, emulſio, in qua frigida diſſolvantur in mortario
Mannæ calabrinæ electæ unciæ duæ,
Poſt colaturam addatur
Aquæ cinnamomi bugloſſatæ drachma una,
Et exhibeatur pro una doſi.

Blandum naturis delicatioribus purgans ſuppeditat.

EMULSIO VIOLARUM.

℞. Amygdalarum dulcium excorticatarum unciam ſemis,
Seminis violarum drachmas duas,
Papaveris albi drachmam unam,
Aquæ nymphææ
Violarum ana uncias tres,
Fiat, lege artis, emulſio, in qua diluatur
Syrupi papaveris ſimplicis uncia ſemis,
Et ſervetur pro uſu.

Virtutes ſunt cordiales & pectorales, æſtumquè bilis præternaturalem mitigantes & cohibentes.

MUCHARUM ROSARUM.

℞. Florum roſarum damaſcenarum recentium libras ſex,
Affundantur
Aquæ fontanæ bullientis libræ duodecim,
Stent per viginti quatuor horas infuſa, poſt fortem expreſſionem reiteretur infuſio ſuper novos flores binis vicibus, ita ut terna fiat infuſio.

Pro tenellis laxantis locò exhiberi ſolet.

CLAS-

CLASSIS SEXTA.

DE

ELECTUARIIS,

Antidotis, Confectionibus & Looch.

ELECTUARIUM ANTIDOTALE.

℞. Radicis angelicæ
Petaſitidis
Zedoariæ
Contrajervæ
Serpentariæ virginianæ
Dictamni albi
Tormentillæ
Vincetoxici
Anthoræ ana uncias duas,
Herbæ rutæ
Scordii
Galegæ ana unciam unam,
Seminis citri
Aquilegiæ
Spicæ indicæ
Unicornu veri
Cornu cervi ſine igne
Lapidis hyacinthi præparati
Smaragdi præparati ana unciam ſemis,
Terræ ſigillatæ turcicæ albæ
Lemniæ veræ
Myrrhæ electæ ana unciam unam,
Croci auſtriaci
Corticum citri ana drachmas ſex,
Caſtorei unciam ſemis,
Camphoræ drachmas tres,
Pulveriſentur pulveriſanda, dein probè miſceantur, pulvis hic excipiatur
Rob Juniperi librâ unâ,
Mellis deſpumati libris ſex,
Et conficiatur electuarium ad normam theriacæ aut mithridatii.

Venenis ſeu per os aſſumptis, ſeu ex morſu aut ictu communicatis reſiſtit, peſtem quoquè, febresquè malignas præcavet.

ELECTUARIUM ANTISCORBUTICUM.

℞. Conſervæ cochleariæ
Beccabungæ
Fumariæ

Trifolii fibrini ana uncias duas,
Corticum citri conditorum unciam unam,
Pulveris radicis aronis
Armoraciæ
Pimpinellæ ſaxifragæ ana unciam ſemis,
Fiat cum Syrupi Cochleariæ ſufficienti quantitate, lege artis, electuarium.

Cujus virtutes nomini præfixo apprimè correſpondent.

ELECTUARIUM BACCARUM LAURI.

℞. Baccarum lauri unciam unam ſemis,
Sumitatum rutæ
Herbæ origani
Mentaſtri
Seminis ammeos
Cumini
Nigellæ
Leviſtici
Carvi
Dauci
Calami aromatici
Piperis longi
nigri
Caſtorei ana drachmas duas,
Gummi ſagapeni
Opopanacis ana unciam ſemis,
Mellis libram unam ſemis,
Tritis conterendis fiat, lege artis, electuarium, gummata vino diluta in fine addendo.

Ad colicam, iliacam paſſionem, & inteſtinorum dolores conducit, præſertim in enematibus.

ELECTUARIUM BENEDICTUM LAXATIVUM.

℞. Turbith electi drachmas decem,
Diagrydii ſulphurati oleo amygdalarum dulcium ſubacti
Hermodactylorum
Florum roſarum ana drachmas quinquè,
Croci auſtriaci
Ammomi veri
Cardamomi minoris
Seminis apii
Fœniculi
Carvi
Salis gemmæ
Galangæ
Macis ana drachmam unam,
Pulveriſata miſceantur cum
Mellis deſpumati optimi libra una ſemis,
Et fiat, lege artis, electuarium.

Humores pituitoſos articulis impactos eliminat, renes & veſicam purgat, pro colica in enematibus optato ſucceſſu adhibetur.

ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM.

℞. Coſti amari
Seminis cumini
Zinziberis albi
Caryophyllorum ana unciam ſemis,

Dia-

Diagrydii ſulphurati oleo amygdalarum dulcium ſubacti
Hermodactylorum ana unciam unam,
Mellis deſpumati libram unam,
Miſceantur omnia probè, ut fiat, lege artis, electuarium.

In affectibus Cachecticis, viſcerumquè obſtructionibus reſerando & ſubducendo opitulatur.

ELECTUARIUM CATHARCTICUM REGIUM.

℞. Confectionis alkermes incompletæ drachmas ſex,
Magiſterii ſcammonii cum pinearum ſcrupulis duobus ſubacti unciam ſemis,
Conſervæ florum tunicæ drachmas ſex,
Cremoris tartari drachmam unam,
Nitri præparati ſcrupulum unum,
Miſceantur omnia optimè, ut fiat electuarium.

Blandum eſt bilis laxativum, humoresquè tartareos ad articulos, renes, & veſicam tendentes educit, ſanguinem depurat, partesquè principaliores roborat.

ELECTVARIVM CHALYBEATUM.

℞. Limaturæ chalybis præparatæ uncias ſeptem,
Cinnamomi acuti
Nucis moſchatæ
Rhabarbari electi
Specierum aromaticarum caryophyllatarum ana drachmas ſex,
Mellis optimi deſpumati
Sacchari albiſſimi ana libram unam,
Miſceantur ad lentum ignem, & fiat, lege artis, electuarium.

In obſtructionibus hepatis & venarum meſaraicarum expertum eſt medicamentum, hinc in chloroſi ſummè recommendatur.

CONFECTIO ALKERMES INCOMPLETA.

℞. Succi pomorum dulcium
Sacchari albiſſimi ana libras tres,
Coquantur ad craſſam conſiſtentiam, dein addantur
Succi granorum kermes monſpellio allati ſpiſſioris libræ tres,
Ab igne remotis admiſceantur ſequentes pulveres
Ligni aloes
Cinnamomi ana uncia una ſemis,
Lapidis lazuli
Margaritarum ana præparatorum drachmæ tres,
Foliorum auri numerô ſexaginta,
Miſceantur benè, & fiat, lege artis, confectio, cui pro colore ma-

gis exaltando magiſterium coccinellæ addi poteſt, ſi deſideretur

CONFECTIO ALKERMES COMPLETA.

Addantur priori confectioni
Moſchi drachma una,
Ambræ gryſeæ drachmæ duæ.

Vires ſunt cordiales & cephalicæ, hinc ad eas partes roborandas & exhilarandas in ſyncope, palpitatione, melancholia & febribus optato ſucceſſu exhibentur.

CONFECTIO ANACARDINA.

℞. Myrobalanorum chebularum
Emblicarum
Belliricarum
Indarum
Piperis nigri
Longi
Caſtorei ana drachmas duas,
Coſti amari
Anacardiorum præparatorum
Seminis nigellæ
Baccarum lauri ana drachmas ſex,
Cyperi rotundi unciam ſemis,

Miſceantur, & cum mellis deſpumati triplo fiat, lege artis, electuarium.

Affectibus cerebri frigidis, & inferioris ventris doloribus, cum circumſpectione adhibitum, opitulatur.

CONFECTIO HAMECH.

℞. Corticum Myrobalanorum citrinarum uncias quatuor,
Chebularum
Indarum
Radicis polypodii
Agarici
Pulpæ colocynthidos
Herbæ epithymi ana uncias duas,
Trifolii fibrini
Florum violarum ana unciam unam ſemis,

Contuſa macerentur per diem in
Succi fumariæ libra una,
Seri lactis libris duodecim,

Et coquantur ad medietatem, colaturæ addatur poſt fortem expreſſionem
Sacchari canarini libra una ſemis,

Recoquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, dein addatur
Pulpæ caſſiæ
Prunorum
Paſſularum ana libra ſemis,

Ultimatim inſpergantur
Pulveris foliorum ſennæ
Rhabarbari ana unciæ duæ,
Diagrydii ſulphurati oleo amygdalarum dulcium ſubacti uncia una ſemis,
Cinnamomi uncia ſemis,
Seminis aniſi
Fœniculi ana drachmæ duæ,

Ut

Ut inde juſtæ conſiſtentiæ confectio fiat.

Bilem & pituitam ſalſam, ſic recommendante Meſue, purgat, impetiginem, ſcabiem, elephantiaſim, cancrumquè exedentem tollit, melancholicis & quartanâ laborantibus conducit.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Specierum de hyacintho libram ſemis,
Syrupi acetoſitatis citri libras duas,
Miſceantur, & fiat confectio.

In cardialgia, lipothymia & ſyncope vires reſolutas reſtituit, febresquè malignas præcavet aut tollit.

CONFECTIO SPAGYRICA.

℞. Salis abſynthii
Tartari vitriolati ana uncias tres,
Arcani duplicati uncias duas,
Miſceantur ſubtiliter pulveriſata, & affundantur
Spiritûs ſulphuris per campanam drachmæ duæ,
Poſtquam deferbuerint, addantur
Conſervæ florum roſarum rubrarum
Tunicæ ana libra una,
Olei cinnamomi
Macis
Corticum citri ana drachma una,
Menthæ
Fœniculi ana drachma ſemis,
Miſceantur benè; ſi quis confectionem hanc completè deſideret, addat
Ambræ gryſeæ ſpiritu roſarum ſolutæ drachmam ſemis.

Spleneticum & nephriticum eſt medicamentum, dum obſtructiones tollit, humores viſcidos incidit, craſſos attenuat, flatus diſcutit, ſpiritus reficit, & calculum pellit.

ELECTUARIUM DENTIFRICIUM.

℞. Cinerum anthos drachmam unam ſemis,
Sanguinis draconis electi drachmas tres,
Margaritarum præparatarum
Coralliorum rubrorum ana drachmam unam,
Mellis virginei albi unciam unam ſemis,
Miſceantur, ut fiat, lege artis, electuarium; quod etiam absquè margaritis parari poteſt.

Vires ab ipſo nomine facilè deſumi poſſunt.

ELECTUARIUM DIACARTHAMI.

℞. Specierum diatragacanthi frigidi
Medullæ carthami ana unciam ſemis,

Zinziberis drachmas duas,
Diagrydii oleo amygdalarum dulcium ſubacti drachmas tres,
Turbith albi drachmas ſex,
Hermodactylorum unciam ſemis,
Mannæ calabrinæ electæ unciam unam ſemis,
Sacchari albi uncias ſex,

Diſſolvantur manna & ſaccharum in aqua borraginis, & ad ſyrupi conſiſtentiam coquantur, additis reliquis inde fiat, lege artis, electuarium.

Conducit hoc electuarium bili ac pituitæ evacuandæ, hinc in podagra, paralyſi, hemitritæo & conſimilibus cum fructu adhibetur.

ELECTUARIUM DIACATHOLICON.

℞. Radicis polypodii quercini libram ſemis,
Decoquatur in
Aquæ fontanæ libris octo,
Ad conſumptionem medietatis, in colatura diſſolvantur
Sacchari canarini libræ quatuor,
Coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, ubi refrixerint, addantur
Pulpæ Caſſiæ
Tamarindorum ana unciæ quatuor,
Benè commiſcendo, dein ſucceſſivè ſequentes mixti pulveres addantur
Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus unciæ quatuor,
Rhabarbari
Polypodii
Seminis aniſi ana unciæ duæ,
Radicis liquiritiæ uncia ſemis,
Miſceantur omnia, ut fiat electuarium.

Suaviter hoc electuarium humores in corpore peccantes, præcipuè in enematibus ſubducit.

ELECTUARIUM DIACORUM.

℞. Radicis acori conditæ uncias quatuor,
Eryngii
Calami aromatici
Zinziberis
Nucis indicæ ana conditorum uncias duas,
Pulveris piperis nigri
Longi
Caryophyllorum
Macis
Cinnamomi
Nucis moſchatæ
Galangæ
Cardamomi minoris ana drachmas duas,
Miſceantur, & cum ſyrupi de cinnamomo ſufficienti quantitate fiat, lege artis, electuarium.

In frigidis ſtomachi affectibus & indigeſtione opitulatur.

ELECTUARIUM DIASATYRIUM.

℞. Radicis ſatyrii conditæ
Eryngii conditæ
Nucis indicæ conditæ

Pin-

Pinearum
Piſtaceorum ana unciam unam ſemis,
Pulveris caryophyllorum
Zinziberis albi
Seminis fraxini
Aniſi
Erucæ
Urticæ
Cinnamomi
Priapi cervi
Carnis ſcinci veri ana unciam ſemis,
Sacchari in aqua cinnamomi ſoluti libram unam ſemis,

Conficiatur, lege artis, electuarium; ſi completum deſideretur, addantur

Moſchi optimi grana duodecim.

Analepticum eſt medicamentum, emaciatos reficit, ſemen generat, venerem languidam excitat, renum & veſicæ imbecillitatem tollit, urinamquè pellit.

ELECTUARIUM DIASCORDIUM.

℞. Herbæ ſcordii unciam unam,
Dictamni cretici
Cinnamomi
Caſſiæ ligneæ
Galbani
Gummi arabici
Styracis calamitæ
Terræ lemniæ
Radicis tormentillæ
Gentianæ ana unciam ſemis,
Boli armenæ unciam unam ſemis,
Piperis longi
Zinziberis ana drachmas duas,
Seminis acetoſæ
Opii ana drachmam unam ſemis,
Florum roſarum uncias duas,
Mellis deſpumati libras tres,

Opium in vino benè ſolvatur, uti & gummata taliter in vino ſolvantur, & inſpiſſentur, miſceantur & ad debitam conſiſtentiam coquantur, lege artis, ut fiat electuarium.

Egregium eſt ſudoriferum, hinc in diarrhæa, dyſenteria, aliiſquè morbis malignis recommendatur â Fracaſtorio.

ELECTUARIUM DYSENTERICUM STIPTICUM.

℞. Radicis tormentillæ
Biſtortæ ana uncias tres,
Symphiti uncias duas,
Liquiritiæ unciam ſemis,
Herbæ ſcordii
Florum roſarum rubrarum
Papaveris erratici ana unciam unam ſemis,
Seminis ſumach
Myrtillorum ana drachmas ſex,

Coquantur omnia in
Aquæ chalybeatæ libris octo,

Ad conſumptionem tertiæ partis, colatura fortiter exprimatur, & cum
Mellis deſpumati libris quatuor,

Decoquatur ad ſyrupi craſſioris conſiſtentiam, demum addantur pulveriſata

Boli armenæ unciæ tres,
Terræ ſigillatæ albæ
Catechu
Coralliorum rubrorum
Cornu cervi uſti ana uncia una ſemis,
Sanguinis draconis
Unicornu foſſilis
Nucis Moſchatæ
Gummi arabici ana uncia una,
Maſtichis
Myrrhæ rubræ ana uncia ſemis,
Opii præparati drachmæ tres,

Ex perfectè mixtis fiat, lege artis, electuarium.

Virtutes hujus electuarii ſtipticæ ab ipſa denominatione deſumuntur.

ELECTUARIUM DYSENTERICUM PURGANS.

℞. Pulveris rhabarbari electi uncias octo,
Myrobalanorum citrinarum uncias quatuor,
Maſtichis electæ drachmas tres,
Pulpæ tamarindorum libram unam,
Mivæ Cydoniorum libras duas,

Miſceantur exactè, ut fiat, lege artis, electuarium.

Cujus virtutes impoſito nomini correſpondent.

ELECTUARIUM FEBRILE.

℞. Conſervæ trifolii fibrini
Cardui benedicti
Centaurii minoris ana uncias octo,
Corticis peruviani uncias novem,
Arcani duplicati uncias tres,
Florum ſalis armoniaci martialium unciam unam,
Olei caryophyllorum drachmam unam,

Miſceantur, & cum ſufficienti quantitate ſyrupi florum tunicæ fiat, lege artis, electuarium.

Quòd omnis generis febres præmiſſis præmittendis profligat.

ELECTUARIUM GINGIVAS CORROBORANS.

℞. Lapidis ſpongiæ
Coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmas ſex,
Lapidis hæmatitis præparati
Sanguinis draconis in lachrymis ana drachmas tres,
Gummi ſarcocollæ
Maſtichis ana drachmam unam,
Caryophyllorum
Aluminis crudi ana drachmam ſemis,

Cum
Syrupi Coralliorum
è roſis ſiccis ana quantum

Satis

ſatis fiat, lege artis, molle electuarium.

Cujus virtutes ex nominis inſignitione abundè patent.

ELECTUARIUM HYDROPICUM.

℞. Rob ebuli
Juniperi ana uncias novem,
Specierum diajalappæ
Diaturbith cum rhabarbaro ana uncias tres,
Spiritûs ſalis coagulati
Pulveris bufonum ſiccatorum
Aſellorum præparatorum ana drachmas ſex,
Olei fœniculi
Cumini ana drachmam ſemis,
Miſceantur, & cum ſufficienti quantitate ſyrupi de ſpina cervina fiat, lege artis, electuarium.

Quod in aſcite, hydrope & conſimilibus obſtructionibus mirandi eſt effectûs.

ELECTUARIUM HIERÆ CUM AGARICO.

℞. Specierum hieræ ſimplicium, uncias quatuor,
Pulveris agarici trochiſcati uncias duas,
Mellis deſpumati libram unam ſemis,
Miſceantur, & fiat, lege artis, electuarium.

Bilem & pituitam ſalſam eitra moleſtiam hoc electuarium ſubducit.

ELECTUARIUM HIERÆ SIMPLEX.

℞. Specierum hieræ ſimplicium uncias octo,
Mellis deſpumati libras duas,
Miſceantur, & fiat electuarium.

Vitioſos humores ventriculi tunicis impactos leniter abſtergit, alvo adſtrictâ laborantibus prodeſt, licet maximus hodie uſus hujus electuarii ſit in clyſteribus.

ELECTUARIUM LENITIVUM.

℞. Jujubarum
Sebeſten ana ſine nucleis
Paſſularum majorum ab arillis mundatarum
Minorum ana uncias duas,
Herbæ mercurialis
Capillorum veneris
Florum violarum
Hordei mundi
Radicis liquiritiæ ana unciam ſemis,
Foliorum ſennæ
Polypodii ana uncias duas,
Inciſa & contuſa coquantur in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ ad conſumptionem duarum tertiarum, factâ colaturâ diſſolvatur in ea
Sacchari albiſſimi libra una,
Decoquantur ad debitam conſiſtentiam, & additis
Pulpæ caſſiæ
Tamarindorum
Prunorum ana unciis ſex,

Pulveris ſennæ unciis quatuor,
Fiat, lege artis, electuarium.

Bilem pituitam & humorem melancholicum blandè educit, variiſquè pectoris affectibus medetur.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.

SECUNDUM CLASSES.

CLASSIS PRIMA.

℞. Cinnamomi acuti uncias quindecim ſemis,
Agarici trochiſcati
Zinziberis albi
Seminis thlaspios ana uncias quindecim,
Seſeleos uncias duodecim.

CLASSIS SECUNDA.

℞. Folii indici
Coſti veri
Piperis longi ana uncias duodecim,
Albi
Carpobalſami ana uncias decem ſemis,
Caſſiæ ligneæ uncias decem drachmas ſex ſemis,
Cardamomi minoris uncias ſeptem ſemis.

CLASSIS TERTIA.

℞. Spicæ nardi indicæ uncias quindecim drachmas duas ſemis,
Schœnanthi uncias tredecim drachmam unam,
Florum ſtœchadis arabicæ
Caſtorei ana uncias duodecim,
Radicis gentianæ uncias ſeptem ſemis,
Calami aromatici uncias quinque drachmas tres,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ
Phu pontici ana uncias quatuor ſemis,
Meu athamantici
Scincorum marinorum ana uncias tres drachmas ſex.

CLASSIS QUARTA.

℞. Seminis dauci cretici uncias decem ſemis,
Petroſelini macedonici
Fœniculi
Florum roſarum rubrarum
Spicæ celticæ
Herbæ dictamni cretici ana uncias ſeptem ſemis,
Polii montani
Scordii cretici ana uncias decem ſemis,
Seminis aniſi uncias quatuor ſemis,
Summitatum hyperici uncias tres drachmas ſex,
Radicis cyperi rotundi
Baccarum Juniperi ana drachmas duas ſemis,
Ligni asphalati drachmas duas,

SEQUENTIA SEORSIM PULVERISENTUR:

Gumi myrrhæ unciæ ſedecim,
Olibani unciæ quindecim,
Bdellii unciæ decem drachmæ ſex ſemis,
Arabici unciæ ſeptem ſemis,

Croci

Croci auſtriaci vino cretico diluti unciæ quindecim drachma una,

SEQUENTIA VINO CRETICO SOLVANTUR:

Gummi galbani
Opopanacis ana unciæ duodecim,
Sagapeni unciæ quatuor ſemis,
Opii thebaici unciæ ſeptem ſemis,
Succi hypociſtidis unciæ duodecim,
Acaciæ unciæ quatuor,
Styracis verò in granis unciæ duodecim,

Liquentur in
Terebinthinæ claræ unciis quatuordecim, &
Opobalſami unciis duodecim,

Demum adhibendæ ſunt
Mellis deſpumati libræ centum & ſedecim,

Et procedatur hoc modo:

Omnia ingredientia ſint ſelectiſſima & ſecundùm claſſificationem ordinata, quæ apta ſunt ad trituram, terantur in pulverem, Schænanthum, ſpica indica, & ſcinci marini in tenuiſſimas partes forcipe conſcindantur, ut cum aliis ſpeciebus in pulverem redigi poſſint, gummata opopanax, ſagapenum & galbanum mixta, pariter ſucci acaciæ & hypociſtidis permixti, ſimiliter opium thebaicum ſeparatim vino cretico ſat copioſo diſſolvantur, colentur & inſtar pultis aſſerventur, ſtyrax in granis in pulverem redacta in terebinthina & opobalſamo liquetur, crocus verò vino cretico diluatur. His ita confectis præ manibus habeatur mel quàm optimè clarificatum, & in competenti pondere, ad craſſam conſiſtentiam inſpiſſatum, & debitè calefactum, ſit etiam paratus cacabus quantitati mithridatii conficiendæ proportionatus, cum piſtillo magno ligneo, cui cacabo mel tepidum indatur, eiquè mox opium largo vino dilutum incorporetur, dein aliquid de pulveribus per cribrum anguſtum paulatim inſpergatur, ex poſt, ſub continua agitatione, mox de gummatibus vino dilutis & in patella calefactis, mox de terebinthina & opobalſamo cum ſtyrace modicùm calidis, mox aliquid de pulveribus ſemper per cribrum inſpergatur, dein vino cretico dilutus ſuccus hypociſtidis & acaciæ, & ſic alternatim ſub indefeſſa agitatione continuandum, donec omnes pulveres ſint immixti, demum crocus Auſtriacus vino cretico optimè dilutus, & per cribrum ſetaceum trajectus admiſceatur. In omnibus maximè obſervandum, ne quid grumeſcat, ſed compoſitio evadat æqualis & tenera, omnibus ſic peractis adhuc per aliquot horas ſtrenuè agitetur, ut fiat perfecta mixtio, & omnia exactè invicem uniantur, tum mithridatium repo-

natur in vaſe ad fermentandum ſat capaci, ut commodè per octiduum agitari queat, deinde verò ſingulis menſibus commovendum, donec anni unius ætatem attigerit, ſemper ſedulò contegendo, & ab externis injuriis muniendo, ſic erit mithridatium in perfectiſſimo ſtatu præparatum, uſui exponendum.

Non mirabitur benevolus lector, trochiſcos cypheos (qui ſecus in uſu non ſunt) hìc non reperiri, eorum tamen conſtitutiva ingredientium noſtrorum doſi jam ſunt addita.

Valet ad capitis, aurium, oculorum, dentium, pulmonum, ventriculi & inteſtinorum affectus frigidos, pituitoſos & melancholicos; calculum, urinam, menſes & fœtum mortuum promovet, uteri vitiis, morſibus venenatis, & febribus medetur, reficit quoquè reconvaleſcentes & languidos.

ELECTUARIUM ORVIETANUM.

℞. Pulveris viperarum
Radicis vincetoxici
Zedoariæ
Carlinæ
Angelicæ
Petaſitidis
Valerianæ
Dictamni albi
Enulæ campanæ
Chelidoniæ ana uncias tres,
Foliorum dictamni cretici
Scordii
Rutæ
Gummi galbani ana unciam unam ſemis,
Myrrhæ electæ
Florum ſulphuris
Terræ ſigillatæ ana unciam unam,
Croci auſtriaci uncias duas,
Cinnamomi
Caryophyllorum ana unciam ſemis,
Opii correcti drachmas tres,
Olei ſuccini
Citri ana drachmam unam ſemis,
Rob Juniperini
Mellis deſpumati ana libras ſex,
Vini generoſi quantum ſatis.

Fiat, lege artis, electuarium, quod per menſes aliquot vaſe clauſô ſtet in fermentatione ſæpiùs agitando.

In febribus malignis, continuis, & venenis aſſumptis eximias virtutes oſtendit.

ELECTUARIUM PHILONIUM ROMANUM.

℞. Piperis albi
Seminis hyoſcyami ana drachmas decem,
Apii drachmas duas,
Petroſelini macedonici
Fœniculi
Dauci cretici ana ſcrupulos quatuor,
Opii drachmas quinque,
Caſſiæ ligneæ veræ
Cinnamomi ana drachmas tres,
Myrr-

Myrrhæ
Caſtorei ana drachmas duas,
Radicis pyrethri
Zedoariæ
Nardi indicæ
Croci auſtriaci ana ſcrupulos duos,
Mellis optimi libram unam ſemis,
Miſceantur, & fiat, lege artis, electuarium.

Torminoſis inferioris ventris affectibus â cauſa frigida ortis medetur, flatus diſſipat, tuſſim ſuffocativam, ſingultum & ſtranguriam tollit, ſomnum conciliat.

ELECTUARIUM DE PSYLLIO.

℞. Radicis polypodii libram unam,
Foliorum ſennæ
Violarum
Prunorum enucleatorum
Tamarindorum ſine ſemine & ſtipitibus
Paſſularum minorum
Seminis pſyllii ana uncias tres,
Aquæ fontanæ libras decem,
Inciſa & contuſa macerentur per viginti quatuor horas, dein decoquantur ad conſumptionem medietatis, colatura exprimatur, & cum
Sacchari albi libris quatuor,
Rurſus coquatur ad debitam conſiſtentiam, addendo
Pulpæ caſſiæ
Tamarindorum ana libram ſemis,
Diagrydii uncias quatuor,
Pulveris rhabarbari electi
Santali albi
Rubri
Florum roſarum rubrarum
Violarum
Seminis papaveris albi
Fœniculi
Aniſi
Tragacanthi
Gummi arabici
Radicis liquiritiæ ana unciam ſemis,
Corticum Myrobalanorum indarum
Emblicarum ana drachmas ſex,
Miſceantur, & fiat, lege artis, electuarium.

Bilis fervorem temperat, blandè ſubducendo, hinc inde ortæ vertigini, morbo regio, & inflammationi hepatis medetur.

ELECTUARIUM PURIFICANS.

℞. Radicis ſarſaparillæ inciſæ
Mercurii vivi ana libram unam,
Infundantur per noctem in vaſe terreo vitreato cum
Aquæ fontanæ libris viginti quatuor,
Manè coquantur ad librarum trium remanentiam, ablato mercurio in colatura diſſolvantur
Mellis deſpumati libræ ſex,
Coquantur rurſus ad conſiſtentiam mellis addendo

Pulveris radicis ſarſaparillæ uncias novem,
Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus uncias quatuor,
Hermodactylorum uncias tres,
Radicis polypodii
Herbæ trifolii fibrini ana unciam unam ſemis,
Seminis aniſi drachmas ſex,
Miſceantur, & fiat, lege artis, electuarium.

Virtutes ſunt eximiæ in lue venereâ contaminatis.

ELECTUARIUM SEU REQUIES NICOLAI.

℞. Florum roſarum rubrarum
Violarum ana drachmas tres,
Seminis hyoſcyami
Papaveris albi
Lactucæ
Pſyllii ana drachmas duas,
Corticis radicis mandragoræ
Nucis moſchatæ
Cinnamomi
Zinziberis albi
Opii debitè ſoluti ana drachmam unam ſemis,
Santali albi
Rubri
Tragacanthi
Spodii ana drachmam unam,
Sacchari albi uncias decem,
Opium ſolvatur vino, & reliqua pulveriſata miſceantur optimè cùm ſaccharo aquæ nymphææ ſufficienti quantitate ſoluto,
Ut, lege artis, electuarium conficiatur.

In vigiliis immodicis præſentaneum eſt remedium dolores ſedando, æſtum febrilem compeſcendo, & ſomnum procurando, externè pulſui manuum & temporibus inunctum easdem virtutes in ſomno procurando exſerit.

ELECTUARIUM SEU SOTIRELLA PARVA.

℞. Olei nucis moſchatæ expreſſi drachmas duas,
Opii thebaici
Specierum diambræ incompletarum ana drachmam unam,
Camphoræ
Extracti croci ana grana duodecim,
Olei caryophyllorum deſtillati guttas triginta,
Fiat ex permixtis electuarium.

Dolores dentium atrociſſimos auffert, ſi cavernis eorum indatur.

ELECTUARIUM DE SUCCO ROSARUM.

℞. Succi Roſarum rubrarum,
Sacchari albi ana uncias ſedecim,
Scammonii præparati pineis ſubacti unciam unam ſemis,
Santali rubri
Albi
Citrini ana drachmas ſex,
Succus roſarum cum ſaccharo ad juſtam

juſtam conſiſtentiam coquatur, inde ſantala pulveriſata, ultimò diagrydium addatur, ut fiat, lege artis, electuarium.

Affectibus à bile redundante ortis confert, reconvaleſcentes quoquè ſpecialiter ex tertiana aut quotidiana ſine moleſtia purgat.

ELECTUARIUM TAMARINDORUM.

℞. Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus uncias ſex,
Seminis fœniculi drachmas duas,
Decoquantur in
Vini albi
Aquæ fontanæ ana libris duabus,
Ad medietatis conſumptionem, dein peractâ expreſſione addantur
Pulpæ paſſularum
Prunorum
Tamarindorum ana libra ſemis,
Cremoris tartari uncia una,
Pulveris foliorum ſennæ unciæ tres,
Olei deſtillati aniſi
Nucis moſchatæ ana drachma ſemis,
Miſceantur omnia, & fiat, lege artis, electuarium.

Seroſos, bilioſosquè humores blandè evacuare ſolet.

THERIACA ANDROMACHI.

IN CLASSES DISTRIBUTA.

CLASSIS PRIMA.

℞. Piperis longi
Radicis dictamni albi ana libras duas,
Ireos florentinæ
Florum roſarum rubrarum ana libram unam,
Stœchadis arabicæ libram ſemis,
Seminis napi ſativæ libram unam,
Amomi racemoſi uncias octo.

CLASSIS SECUNDA.

℞. Agarici trochiſcati
Herbæ ſcordii cretici ana libram unam,
Dictamni cretici libram ſemis,
Cinnamomi acuti uncias tredecim,
Caſſiæ ligneæ veræ uncias octo,
Schænanthi
Coſti veri ana uncias ſeptem,
Seminis petroſelini macedonici libram ſemis,
Aniſi
Fœniculi ana uncias quatuor.

CLASSIS TERTIA.

℞. Herbæ chamædryos uncias quatuor,
Marrubii

Calaminthæ montanæ
Piperis albi
Nigri
Radicis pentaphylli ana libram ſemis,
Calami aromatici
Phu pontici ana uncias quinque,
Spicæ indicæ uncias octo,
celticæ
Seminis ammeos
Seſeleos
Thlaspios ana uncias quatuor,
Dauci cretici uncias duas.

CLASSIS QUARTA.

℞. Rhabarbari de levante
Zinziberis albi ana libram ſemis,
Foliorum indorum uncias quinque,
Cardamomi minoris
Carpobalſami
Herbæ polii cretici
Chamæpityos ana uncias quatuor,
Centaurii minoris uncias duas,
Florum hyperici
Radicis angelicæ
Gentianæ ana uncias quatuor,
Ariſtolochiæ longæ veræ uncias duas,
Aſari drachmas quinque ſcrupulum unum,
Caſtorei optimi uncias duas,
Ligni aloes unciam unam,
Asphalati
Herbæ majoranæ
Mari veri ana drachmas quinque ſcrupulum unum,
Maſtichis electæ ſcrupulos octo.

SEQUENTIA PER SE TERENDA SEORSIM.

Viperarum ſiccatarum non carioſarum ex italia allatarum minutiſſimè inciſarum & in pulverem redactarum
Scillæ præparatæ pulveriſatæ & cum vino cretico in pulticulam formatæ ana libræ duæ,
Myrrhæ electæ
Croci auſtriaci vino cretico diluti ana unciæ octo,
Olibani electi
Gummi arabici
Terræ lemniæ
Calcithidis toſtæ, vel vitrioli calcinati, & vino cretico ſoluti,
Styracis in granis in terebinthinæ claræ libra ſemis, & opobalſami unciis tredecim leniſſimè ſolutæ ana unciæ quatuor,
Bituminis judaici unciæ duæ.

SEQUENTIA VINO SOLVENDA.

Opii thebaici libræ duæ,
Succi liquiritiæ libra una,
Hypociſtidis
Acaciæ

Gum-

Gummi ſagapeni ana unciæ quatuor,
Opopanacis
Galbani ana unciæ duæ,
Et adhibeantur
Mellis deſpumati libræ centum ſedecim,
Vini cretici quantum ſatis,
Et inſtituatur compoſitio theriacæ ſecundùm normam in mithridatio præſcriptam.

Virtutes imprimis ſunt alexiteriæ, hinc tollit venenatas plagas, capitis dolores, vertigines, oculorum hebetudinem, guſtum depravatum, morbum epilepticum, tuſſim, ſputum ſanguinis, choleram, cardialgiam, lumbricos, icterum, calculum, urinæ difficultatem, febres quartanas, hydropem, anaſarcam, podagram, arthritidem, menſes quoque & fœtum mortuum pellit.

THERIACA SMARAGDINA.

℞. Smaragdi præparati uncias ſex,
Hyacinthi præparati
Radicis pœoniæ
Seminis pæoniæ
Viſci querni
Cinnamomi
Zedoariæ
Raſuræ unicornu
Eboris ana uncias quatuor,
Dictamni cretici
Seminis citri ana uncias ſex,
Acetoſæ
Coralliorum rubrorum præparatorum ana uncias tres,
Croci auſtriaci unciam unam,
Syrupi è ſucco limonum
Mellis deſpumati ana libras ſeptem,
Miſceantur optimè, & fiat, lege artis, molle electuarium.

Quod epilepticis, vertiginoſis, hyſtericis, alvi profluviis, ventriculo debilitato, & vomitionibus ſummè proficuum.

THERIACA DIA TESSERON.

℞. Radicis gentianæ
Ariſtolochiæ rotundæ
Baccarum lauri
Myrrhæ ana uncias duas,
Mellis deſpumati libras duas,
Miſceantur, & fiat, lege artis, electuarium.

Ad morſus & ictus venenoſos, frigidos cerebri affectus, convulſiones, ventriculi inflationem & inappetentiam recommendatur, maximus pro jumentis hodie eſt uſus.

ROB MYROBALANORUM.

℞. Rhabarbari electi
Quinque generum myrobalanorum ana uncias quatuor,
Conciſa & contuſa infundantur per noctem in
Aquæ fontanæ libris ſex,
Unâ alteravè ebullitione peractâ, fortiquè expreſſione coquantur cum

Sacchari albi unciis ſedecim,
Lege artis, ad conſiſtentiam addendo ſaporis gratiâ
Elæoſacchari nucis Moſchatæ drachmas duas.

In dyſenteria, aliiſquè alvi profluviis inſignium virtutum deprehenditur.

LOOCH DE FARFARA.

℞. Radicis farfaræ libram unam,
Contundatur & coquatur cum aqua ad mollitiem, traiiciatur per cribrum & addantur
Mellis libræ duæ,
Et inſtituatur coctio ad juſtam conſiſtentiam.

Tabi, pulmonum ulceribus, faucium quoquè ac aſperæ arteriæ aſperitati medetur.

LOOCH DE PORTULACA.

℞. Succi portulacæ nodoſæ libras duas,
Terræ lemniæ drachmas duas,
Trochiſcorum de charabe
Gummi arabici
Sanguinis draconis ana drachmam unam,
Lapidis hæmatitis ſcrupulos duos,
Sacchari albi libram unam,
Succus cum ſaccharo ad juſtam conſiſtentiam coquatur, dein reliqua pulveriſata admiſceantur.

In ſputo ſanguinis & ruptis pulmonibus conducit glutinando, & reſpirationis organa ab exulceratione præſervando.

LOOCH DE PULMONE VULPIS.

℞. Pulmonis vulpis ſiccati & præparati
Succi liquiritiæ
Herbæ capillorum veneris
Seminis aniſi
Fœniculi ana uncias quatuor,
Sacchari clarificati libras quinquè,
Omnia ſubtiliſſimè pulveriſata ſaccharo excipiantur &, lege artis, in looch redigantur.

In contabeſcentibus, & exulceratis pulmonibus deprædicatum eſt remedium.

LOOCH SANUM ET EXPERTUM.

℞. Aquæ ad looch ſanum ſuperiùs deſcriptæ libram unam,
Pinearum mundatarum
Amygdalarum dulcium excorticatarum ana unciam ſemis,
Fiat inde, lege artis, Emulſio, quæ coletur, cui Emulſioni quantum ſatis addantur
Pulveris ſacchari albi libræ duæ,
Liquiritiæ mundatæ
Tragacanthi
Gummi arabici
Amyli ana drachmæ tres,
Ireos florentinæ drachmæ duæ,

Omnia

Omnia hæc probè permiſceantur, & celeriter agitentur ad albedinem.

Tuſſi & raucedini â frigido ortæ ſubvenit, craſſos & viſcidos thoracis & pulmonum humores incidendo & attenuando.

LOOCH DE SCYLLA, SEU AD ASTHMA.

℞. Scyllæ præparatæ unciam unam,
Pulveris ireos florentinæ unciam ſemis,
Herbæ hyſſopi
Marrubii ana drachmas duas,
Myrrhæ rubræ
Croci auſtriaci ana drachmam unam,
Mellis deſpumati libram unam,
Et fiat looch.

Tuſſim, reſpirandiquè difficultatem tollit, & pectus ab impacta viſcoſa pituita liberat.

CLASSIS SEPTIMA.

DE ELIXIRIIS, Eſſentiis, Liquoribus & Tincturis.

ELIXIRIUM ALLIATUM.

℞. Alliorum expurgatorum numerô viginti,
Contundantur & alembico imponantur affundendo ſpiritum vini ad quatuor digitorum eminentiam, dein deſtillentur ex balneo ter cohobando, nova ſemper allia ſumendo, deſtillato addatur
Camphoræ drachma una.

Inſigne eſt in peſte, aliiſquè morbis malignis præſervativum.

ELIXIRIUM ANTIVENEREUM.

℞. Balſami copaivæ unciam unam,
Peruviani unciam ſemis,
Reſinæ ligni guajaci veri drachmas duas,

Olei ligni ſaſſafras deſtillati drachmam ſemis,
Salis tartari drachmas duas,
Spiritûs vini alkoholiſati libram ſemis,
Stent infuſa ad diſſolutionem, dein filtratum ſervetur elixirium.

Cujus uſus ab ipſa denominatione indicatur.

ELIXIRIUM APERITIVUM.

℞. Myrrhæ electæ liquoris nitri fixi ſufficienti quantitate irroratæ
Aloes ſuccotrinæ ana unciam ſemis,
Cinerum clavellatorum unciam unam,
Croci auſtriaci drachmas duas,
Aquæ florum ſambuci uncias ſedecim,
Stent infuſa per aliquot dies in digeſtione, dein filtretur elixirium.

In obſtructionibus viſcerum reſerandis, menſibus pellendis, item ſcorbuto & conſimilibus proficuum eſt medicamentum recommendante Claudero.

ELIXIRIUM FEBRILE.

℞. Herbæ cardui benedicti
Centaurii minoris
Trifolii fibrini ana unciam unam ſemis,
Abſynthii romani unciam unam,
Radicis gentianæ uncias duas,
Zedoariæ
Galangæ
Corticis Winteriani
Caſcarillæ
Aurantiorum recentium ana unciam ſemis,
Peruviani uncias tres,
Salis tartari fixi unciam ſemis,
Florum ſalis armoniaci martialium
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas,
Inciſa infundantur in
Spiritûs vini libris quinque,
Stent in digeſtione per triduum, dein filtretur elixirium.

In profligandis febribus, præſertim intermittentibus effectum per quàm laudabilem præſtat.

ELIXIRIUM MENSTRUALE.

℞. Herbæ rorismarini ſylveſtris
Artemiſiæ
Rutæ
Pulegii
Sabinæ
Matricariæ
Croci liliorum alborum
Florum chamæmeli romani
Seminis dauci
Leviſtici
Caſſiæ ligneæ
Croci auſtriaci ana unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ liquoris nitri fixi ſufficienti quantitate irroratæ
Baccarum lauri

Radi-

Radicis leviſtici ana unciam unam,
Florum ſalis armoniaci martialium drachmas duas,
Spiritûs meliſſæ libras tres,
è conciſis & contuſis per aliquot dies factâ digeſtione extrahatur elixirium.

Cujus vires in menſibus & fœtu mortuo pellendis, torminibusquè ſedandis perutiles deprehenſæ ſunt.

ELIXIRIUM PECTORALE.

℞. Herbæ rorellæ unciam unam ſemis,
Radicis helenii
Ireos florentinæ
Ligni ſantali rubri ana unciam unam,
Benzoin drachmas ſex,
Myrrhæ rubræ
Radicis liquiritiæ
Seminis aniſi ana unciam ſemis,
Croci auſtriaci drachmas tres,
Gummi ammoniaci drachmas duas,
Inciſis & contuſis ſpeciebus ſuperaffundatur ſpiritûs vini rectificati ſufficiens quantitas ad quatuor digitorum eminentiam, & factâ digeſtione extrahatur elixirium, quod filtretur.

In aſthmate, tuſſi, raucedine, aliisquè thoracis affectibus â Wedelio magnoperè recommendatur.

ELIXIRIUM PESTILENTIALE.

℞. Florum ſulphuris uncias tres,
Affundatur
Olei juniperini è baccis deſtillati libra ſemis,
Succini albi optimè rectificati uncia una ſemis,
Stent in arena ſæpiùs movendo, ut flores lentè ſine aduſtione ſolvantur, dein

℞. Theriacæ Andromachi libram unam,
Extrahatur cùm ſpiritûs vini optimi ſufficienti quantitate tinctura, quæ â ſpiritu vini ſeparata ſeorſim ſervanda; tum

℞. Radicis helenii
Angelicæ
Baccarum juniperi contuſarum ana uncias tres,
Cum novo ſpiritu vini extrahatur tinctura, quæ miſceatur cum tinctura theriacali, demum affundatur oleum juniperino ſuccinatum floribus ſulphuris imprægnatum, & omnia lentiſſimo per quatuordecim dies calore circulentur, & filtrentur pro elixirio.

Efficax eſt in peſte tam præſervativum quàm curativum, pariter & aliis epidemiis præſentaneam opem affert.

ELIXIRIUM PŒONIÆ.

℞. Radicis pœoniæ
Angelicæ

Pyrethri ana unciam unam,
Viſci quercini
Seminis fœniculi
Anacardiorum ana drachmas ſex,
Florum roriſmarini
Stœchadis arabicæ
Lavendulæ ana drachmas tres,
Summitatum majoranæ unciam ſemis,
Caſtorei veri drachmam unam ſemis,
Spiritûs liliorum convallium libras duas,

Inciſa & contuſa vaſe vitreo probè clauſo infundantur loco tepido per triduum, per alembicum dein fiat abſtractio, ubi in deſtillato

Radicum, florum & ſeminis pœoniæ debitè collectorum ana uncia una,
Specierum diamoſchi dulcis
Diaxyloaloes ana uncia ſemis,

Infundantur, & digerantur leni calore, poſtea coletur forti expreſſione elixirium, filtretur, & addendo

Liquoris bezoardici uncias tres,

Servetur uſui.

In epilepſia, apoplexia, paralyſi, vertigine, ſuffocatione uterina, & colica ſummoperè excellit.

ELIXIRIUM PROPRIETATIS DULCE.

℞. Myrrhæ electæ liquore nitri fixi bis vel ter irroratæ & modicùm ſiccatæ
Aloes ſuccotrinæ ana libram ſemis,
Croci uncias tres,

Pulveriſatis affundantur

Spiritûs vini rectificati libræ quatuor,

Leni digeſtione per aliquot dies peractâ, & factâ expreſſione filtretur elixirium.

Humorum putredini reſiſtit, concoctionemquè promovet.

ELIXIRIUM PROPRIETATIS CUM ACIDO.

℞. Myrrhæ electæ cum ſpiritu ſulphuris in paſtam irroratæ
Aloes ſuccotrinæ ana uncias duas,
Croci auſtriaci unciam unam,

Digerantur per octiduum in

Spiritûs vini rectificati libra una ſemis,

Tinctus decantetur ſpiritus, filtretur, & ſic paratum uſui ſervetur elixirium.

Ad cruditates & putredines humorum in ventriculo præcavendas, ut & epidemias evitandas expertum eſt medicamentum.

ELIXIRIUM PROPRIETATIS RHABARBARINUM.

℞. Rhabarbari electi

Myrr-

Myrrhæ electæ oleo tartari bis vel ter irroratæ
Aloes ſuccotrinæ ana uncias duas,
Croci auſtriaci unciam ſemis,
Pulveriſatis & mixtis affundantur
Spiritûs vini libræ duæ;
Factâ debitâ digeſtione filtretur, & uſui ſervetur elixirium.

Facultati concoctrici in ventriculo medetur, dum bilem, acrioresquè humores blandè per inferiora ſubducit.

ELIXIRIUM SALUTIS.

℞. Foliorum ſennæ ſinè ſtipitibus uncias quatuor,
Rhabarbari electi
Ligni ſancti
Radicis enulæ
Liquiritiæ
Seminis aniſi
Carvi
Coriandri ana uncias duas,
Uvarum paſſarum enucleatarum uncias octo,
Salis tartari unciam ſemis,
Spiritûs vini libras ſex,
Inciſa & contuſa reponantur ad digeſtionem, ut elixirium extrahatur.

Ad flatus diſcutiendos & obſtructiones reſerandas opitulatur.

ELIXIRIUM STOMACHICUM TEMPERATUM.

℞. Extracti abſynthii
Cardui benedicti
Centaurii minoris
Gentianæ
Salis tartari ana unciam unam,
Flavedinis corticum aurantiorum amarorum ab omni albedine ſeparatorum uncias quatuor,
Inciſis affundantur
Vini hungarici ſopronienſis optimi libræ quatuor,
Stent per noctem in infuſione calidâ, factâ dein forti expreſſione fiat, lege artis, elixirium.

Præmiſſis præmittendis in febribus intermittentibus, doloribus ventriculi, torminibus, & alvi profluviis ſtupendum hactenus effectum præſtitit.

ELIXIRIUM VITRIOLI.

℞. Galangæ minoris unciam unam ſemis,
Calami aromatici unciam unam,
Herbæ menthæ criſpæ
Salviæ ana unciam ſemis,
Cinnamomi electi
Caryophyllorum
Zinziberis ana drachmas tres,
Nucis moſchatæ
Cubebarum ana drachmas duas,
Ligni aloes
Corticum citri ana drachmam unam,
Contundantur omnia groſſo modo, & permiſceantur, deinde ſuperaffundantur antea mixti duo ſpiritus, ſcilicet:

Spiritûs vitrioli unciæ tres,
Vini libræ duæ,
Et ſtent in digeſtione per octiduum, ut extrahatur elixirium, quod filtretur.

Stomachum & inteſtina confortat, refrigerata calefacit, appetitum excitat, catarrhos, aliaquè Cerebri phlegmata deſiccat & conſumit.

ELIXIRIUM UTERINUM.

℞. Caſtorei libram ſemis,
Croci auſtriaci uncias duas,
Salis matris perlarum ſolubilis unciam unam,
Extrahatur tinctura ex minutim conciſis cum
Spiritûs vini libris duabus,
Colentur forti expreſſione, dein addantur
Extracti artemiſiæ unciæ quatuor,
Olei deſtillati aniſi
Angelicæ
Succini ana drachmæ duæ,
Factâ ſolutione, & leni digeſtione filtretur elixirium.

Menſtruationis vitia corrigit, & variis uteri morbis ſuffocationem minitantibus præſtò medetur, & â Crollio ſummè recommendatur.

ELIXIRIUM UTERINO SPASMODICUM.

℞. Radicis pœoniæ
Raſuræ ſuccini citrini
Myrrhæ electæ
Caſtorei ana unciam unam,
Galangæ minoris
Zedoariæ
Herbæ dictamni cretici ana unciam ſemis,
Baccarum lauri
Antophyllorum ana drachmas duas,
Croci
Camphoræ ana drachmam unam,
Conciſis & contuſis groſſo modo, affundantur
Spiritûs anthos libræ duæ,
Extrahatur, exprimatur, filtretur, & ſervetur uſui elixirium.

Virtutes â Wedelio dilaudatæ ipſi nomini correſpondent.

DE ESSENTIIS.

ESSENTIA ABSYNTHII COMPOSITA.

℞. Herbæ abſynthii uncias quinquè,
Cardui benedicti
Centaurii minoris
Trifolii fibrini ana uncias tres,
Corticum aurantiorum uncias quatuor,
Radicis calami aromatici
Gentianæ
Zedoariæ ana unciam unam,
Macis
Cinnamomi ana unciam ſemis,
Conciſis & permixtis affundantur

Spi-

Spiritûs vini libræ duodecim,
Stent in digeſtione, donec extrahatur eſſentia, quæ forti expreſſione filtretur.

Vires ſunt ſtomachicæ & antifebriles, cruditates tollentes & appetitum elicientes.

ESSENTIA ABSYNTHII SIMPLEX.

℞. Summitatum abſynthii utriusquè ana uncias duas,
Superaffundatur ſpiritus abſynthii ad trium digitorum eminentiam, poſt decantationem & expreſſionem reiteretur infuſio bis vel ter, eſſentia filtretur.

PARI MODO PARANTUR:

Eſſentia agrimoniæ,
Anthos proprio ſpiritu,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Chamædryos,
Cochleariæ proprio ſpiritu,
Enulæ ex radicibus,
Fumariæ,
Gentianæ ex radicibus,
Hyperici florum,
Meliſſæ proprio ſpiritu,
Menthæ proprio ſpiritu,
Millefolii,
Pimpinellæ ex radicibus,
Rutæ,
Scordii,
Trifolii fibrini proprio ſpiritu,

Ubi per triplicem infuſionem labor reiterandus eſt cum ſpiritû vini, præter eas, ubi ſpiritus proprius adnotatus eſt.

NON ABSIMILITER PARANTUR:

Eſſentia corticum aurantiorum recentium,
Corticum citri recentium,
Niſi quod propriò ſpiritu duplex infuſio inſtituenda ſit.

Virtutes ingredientium vires exaltant.

ESSENTIA ACOVSTICA.

℞. Ovorum formicarum unciam unam,
Caſtorei unciam ſemis,
Pulpæ colocynthidos
Seminis leviſtici
Baccarum lauri decorticatarum
Juniperi ana drachmas duas,
Herbæ majoranæ
Sabinæ
Serpilli
Radicis hellebori nigri ana drachmas tres,
Raphani recentis
Cæparum mediocrium ana unciam unam ſemis,
Camphoræ drachmam unam,
Incisis & contuſis affundantur
Spiritûs vini ſimplicis libræ duæ,
Extrahatur inde eſſentia, quæ forti expreſſione filtretur.

Ad auditûs læſiones, tinnitum & ſibilum goſſipio excepta adhibetur.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA.

℞. Herbæ ſcordii uncias tres,
Radicis Carlinæ
Angelicæ
Contrajervæ
Oſtrutii
Serpentariæ virginianæ
Pimpinellæ albæ
Enulæ ana unciam unam,
Vincetoxici
Dictamni albi ana uncias duas,
Inciſa infundantur in
Spiritûs vini libris ſex,
Peractâ digeſtione filtretur, & uſui ſervetur eſſentia.

Vires in febribus malignis & epidemiis ab ipſa inſcriptione deſumuntur.

ESSENTIA ALOES LIGNI.

℞. Ligni aloes reſinoſi uncias tres,
Conciſis affundatur
Spiritûs vini tartariſati libra una,
Peractâ digeſtione extrahatur, & filtretur eſſentia.

Cerebrum, Cor & uterum confortat, vitales & animales ſpiritus recreat.

HAC METHODO ET PARANTUR:

Eſſentia Pareyræ bravæ,
Eſſentia Caſcarillæ,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Ligni ſancti,
Ligni ſaſſafras,
Macis,
Zedoariæ,

Ubi in ſingulis virtutes ingredientibus correſpondent.

ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA.

℞. Aquæ ſive elixirii vitæ ſinè edulcoratione incompletæ uncias quatuor,
Spiritûs roſarum uncias duas,
Ambræ gryſeæ drachmam unam,
Moſchi ſcrupulum ſemis,
Infuſa ſtent in digeſtione, donec proba eſſentiæ extractio facta fuerit, quæ filtretur & ſervetur.

Vires ſunt cordiales & cephalicæ, ſpiritus exhilarantes, inſimul oculorum caligines & frigidos cerebri affectus diſcutientes teſte Mindereri experientiâ.

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

℞. Ambræ gryſeæ drachmam unam,
Moſchi orientalis grana ſedecim,
Sacchari candi albi drachmas ſex,
Ambra cum moſcho in ſpiritu roſarum ſoluta & tenuiſſimè trita, ſaccha-

ſaccharo in ſubtiliſſimum pollinem redacto exactâ & continuatâ triturâ miſceatur.

Vires æquè ſunt cordiales & Cephalicæ.

ESSENTIA ANODYNA SEU LAUDANUM LIQUIDUM.

℞. Aquæ Cinnamomi ſpirituoſæ
lacteæ libram unam,
Opii depurati uncias duas,
Croci unciam unam,
Infundantur ſimul in balneo mariæ per duas vel tres dies, donec liquor debitè extractus fuerit, & filtretur eſſentia.

Vires deprædicantur in variolis, dyſenteria, colica billioſa, cholera, & conſimilibus.

ESSENTIA APHRODISIACA.

℞. Radicis ninſing
Pyrethri ana drachmas ſex,
Vanigliæ optimæ drachmam unam,
Seminis ammeos
Cardamomi minoris
Cubebarum
Cantharidum â capitibus & alis liberatarum ana drachmam ſemis,
Contuſa miſceantur, & cum
Spiritûs formicarum libra una,
Extrahatur eſſentia, cui addatur
Coccinellæ drachma una,
Digeratur rurſus, & poſt colaturam filtretur.

Venerem languidam potenter exſuſcitare, ſpiritúsque naturales recreare perhibetur.

ESSENTIA CARMINATIVA.

℞. Radicis zedoariæ unciam unam,
Carlinæ
Galangæ ana unciam ſemis,
Corticum aurantiorum
Seminis aniſi
Carvi
Florum chamæmeli romani
Baccarum lauri
Caryophyllorum
Acori veri ana drachmam unam ſemis,
Macis drachmam unam,
Conciſa & contuſa miſceantur, & extrahatur cum
Spiritûs corticum citri libris duabus,
Per ſpiritûs nitri unciam ſemis acidulatis, lege artis, eſſentia.

Vires inſignes in torminibus & colica flatulenta recommendat Wedelius.

ESSENTIA CASTOREI.

℞. Caſtorei uncias tres,
Salis tartari drachmas tres,
Caſtoreo minutim inciſo, & ſale tartari permixto affundatur
Spiritûs meliſſæ libra una,
Digeratur per octiduum, extrahatur & filtretur eſſentia.

Capitis affectibus ut apoplexiæ, epilepſiæ & lethargo, imprimis verò ſuffocationibus hyſtericis medetur.

ESSENTIA CATECHU.

℞. Catechu, ſeu terræ Japonicæ uncias tres,
Solvantur in
Spiritûs cydoniorum libra una,
Leni igne digerantur, extrahatur & filtretur eſſentia.

In phthyſi, hæmoptyſi, diarrhæis, urinæ incontinentia, & ſtomacho roborando ob vim adſtringentem inſignis eſt uſus.

ESSENTIA CEPHALICA.

℞. Nucis moſchatæ
Galangæ ana unciam unam ſemis,
Macis
Cinnamomi
Caryophyllorum
Cubebarum
Herbæ roriſmarini
Majoranæ
Origani cum flore
Betonicæ
Florum lavendulæ ana unciam unam,
Inciſis & contuſis affundantur
Spiritûs meliſſæ citratæ libræ quatuor,
Forti expreſſione, poſt digeſtionem, peractâ filtretur eſſentia.

Cerebrum confortat, catarrhos reſolvit, & præſervat ab apoplexia, paralyſi & lethargo tam internè quàm externè adhibita.

ESSENTIA CEPHALICA BALSAMICA.

℞. Olibani
Maſtichis
Aloes ſuccotrinæ
Myrrhæ electæ
Styracis calamitæ
Ladani
Balſami peruviani
Baccarum lauri ana unciam ſemis,
Spicæ indicæ
Ligni aloes
Rhodii
Santali citrini
Radicis zedoariæ
Doronici romani
Cubebarum
Ægagropilarum ana drachmas duas,
Salis armoniaci
Tartari ana unciam unam,
Inciſis & contuſis affundantur
Spiritûs vini rectificati libræ duæ,
Deſtillentur ex arena, dein addantur
Olei deſtillati anthos
Macis
Caryophyllorum
Nucis moſchatæ
Corticum aurantiorum
Citri
Cinnamomi
Lavendulæ
Rutæ
Majoranæ
Chamæmeli romani

Saſ-

Saſſafras
Succini ana ſcrupulus unus,

Mixta ſtent in digeſtione ad ſolutionem oleorum, & pro lubitu tingatur

Coccinellæ drachmâ ſemis,

Si completa deſideretur, addatur

Moſchi
Ambræ ana ſcrupulus unus,

Filtretur eſſentia.

In memoria labefactata, capitis gravedine, cerebri opilatione, & ſpirituum languore conducit aperiendo, exſiccando & confortando.

ESSENTIA CORTICIS PERUVIANI.

℞. Corticis peruviani uncias quatuor,
Salis tartari unciam ſemis,

Extrahatur cum

Spiritûs trifolii fibrini per fermentationem facti libris duabus,

Eſſentia.

Vires in febribus intermittentibus quotidiana experientia probat.

ESSENTIA CROCI.

℞. Croci Auſtriaci unciam unam ſemis,
Spiritûs ejuſdem libram unam,

Digerantur per tempus, & extrahatur eſſentia.

Vires ſunt ſtomachicæ, cordiales, anodynæ & menſtrua promoventes.

ESSENTIA GUMMI AMMONIACI.

℞. Gummi ammoniaci uncias tres,
Liquoris nitri fixi unciam unam,
Spiritûs vini rectificatiſſimi libram unam,

Stent per tempus in infuſione, ut extrahatur eſſentia.

In doloribus arthriticis, viſcoſitate pulmonum & meſenterii, ac uteri, obſtructionibusquè lienis & hepatis opitulatur.

ESSENTIA LIGNORUM.

℞. Ligni ſancti uncias tres,
Saſſafras uncias duas,
Rhodii unciam ſemis,
Radicis chinæ
Sarſaparillæ
Santali rubri
Citrini ana unciam unam,

Incisa infundantur cum

Spiritûs fumariæ libris tribus,

Et poſt octo dierum digeſtionem extrahatur, & filtrata ſervetur uſui eſſentia.

Ad ſudorem movendum & ſanguinem depurandum efficax eſt remedium.

ESSENTIA MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ rubræ electæ uncias quatuor,

Affundantur

Liquoris nitri fixi unciæ duæ,

Terantur in pultem, & ſtent per noctem, dein affundantur
Spiritûs vini alkoholiſati libræ duæ,
Et extrahatur, atque filtretur eſſentia.

In affectibus uteri, fœtu expellendo, & febrium rigore per blandum ſudorem ſiſtendo adhibetur.

Paratur eadem methodo

ESSENTIA SUCCINI.

Viribus congruis pollens.

ESSENTIA PECTORALIS SACCHARATA.

℞. Herbæ capillorum veneris
Rorellæ
Hederæ terreſtris ana drachmas duas,
Radicis enulæ
Ireos florentinæ
Liquiritiæ ana unciam ſemis,
Styracis in lachrymis
Croci auſtriaci ana drachmam unam,
Inciſa & contuſa infundantur in
Spiritûs aniſi libra una,
Poſt aliquot dierum digeſtionem fiat fortis expreſſio; dein
℞. Sacchari candi rubri ſubtiliſſimè pulveriſati uncias tres,
Quibus in patena ampla affundantur
Prædicti liquoris unciæ tres,
Incendantur & deflagrent, ſemper agitando ad totalem ſacchari ſolutionem, miſceantur cum priori reſiduo, filtretur & ſervetur uſui eſſentia.

In pectoris affectibus â cauſa tenaci, viſcida & mucoſa ortis levamen non minimum affert.

ESSENTIA PINI.

℞. Turionum pini reſinoſorum inciſorum libram unam,
Extrahatur cum
Spiritûs cochleariæ libris duabus,
Mediante digeſtione, & forti expreſſione eſſentia, quæ filtretur, & uſui ſervetur.

Arthriticis, ſcorbuticis imò & hypochondriacis perutile exiſtit remedium.

ESSENTIA PURIFICANS.

℞. Mumiæ ægyptiacæ
Cinerum clavellatorum ana unciam unam,
Contuſa digerantur per aliquot horas cum
Aquæ fumariæ libra una,
Dein filtretur eſſentia.

Miram ſanguinis depurationem procurari per hanc eſſentiam Clauderus affirmat.

ESSENTIA SANTONICI.

℞. Seminis ſantonici unciam unam,

Flo-

Florum tanaceti
Hyperici
Perſicorum
Corallinæ
Radicis dictamni albi
Zedoariæ ana drachmas duas,
Infundantur conciſa in
Spiritûs juniperi unciis octo,
Vini generoſi optimi unciis quatuor,
Digerantur per octiduum loco tepido, extrahatur & filtretur eſſentia.

In lumbricis necandis, & è corpore eliminandis virtutis eſt primariæ.

ESSENTIA SATYRIONIS COMPOSITA.

℞. Radicis ſatyrionis uncias duas,
Scinci marini unciam unam,
Specierum diapipereon unciam ſemis,
Cantharidum â capitibus & alis liberatarum drachmas duas,
Vaniglia drachmam unam,
Aquæ ſeu elixirii vitæ libras duas,
Confectionis alkermes completæ uncias duas,
Conciſa miſceantur, & poſt extractionem exprimatur, & filtretur eſſentia.

Aphrodiſiacum eſt inſigne ad venerem languidam exſtimulandam.

ESSENTIA STOMACHICA AMBRATA.

℞. Spiritûs vini tartariſati uncias duas,
Confectionis alkermes completæ drachmas duas,
Olei de cedro ſcrupulos duos,
Cinnamomi cum ſaccharo triti guttas quinque,
Stent per quatuor horas leni calore infuſa, dein addatur
Spiritûs cornu cervi ad albedinem rectificati uncia ſemis,
Ambræ gryſeæ ſpiritu roſarum ſolutæ ſcrupulus ſemis,
Stent adhuc per horam frigidè, dein colentur, & filtrata ſervetur uſui eſſentia.

Ad ſtomachi vitia, inappetentiam, debilitatemquè corrigendam virtute inſigni pollet.

ESSENTIA TRAUMATICA.

℞. Mumiæ
Sanguinis draconis ana unciam unam,
Terræ japonicæ
Myrrhæ rubræ
Radicis tormentillæ ana unciam ſemis,
Florum roſarum rubrarum
Hyperici ana drachmas duas,
Santali rubri drachmas tres,
Nuciſtæ drachmam unam,

Inciſa & contuſa extrahantur cum ſpiritu vini tartariſato ad tincturæ extractionem leni calore, tum decantetur eſſentia.

Vires ſunt celebratæ â Wedelio in hæmoptyſi, vomitu ſanguinis, dyſenteria & immodico menſium fluxu.

ESSENTIA VIPERARUM.

℞. Jecinorum & cordium viperarum numero quinquaginta recenter exſiccata & contuſa cum
Spiritûs vini rectificati libra una,

Infundantur octo diebus ad totalem extractionem, dein addatur
Spiritûs viperarum volatilis libra ſemis,
Salis volatilis viperarum uncia ſemis,

Miſceantur, digerantur, & filtretur ad uſum eſſentia.

In melancholia, podagra, calculo, obſtructionibus viſcerum, & viribus ex morbo deperditis præſentem affert medelam.

ESSENTIA VITRIOLI MARTIALIS ANTISCORBUTICA.

℞. Vitrioli martis
Florum ſalis armoniaci martialium ana unciam ſemis,
Spiritûs cochleariæ uncias octo,

Miſceantur, & extrahatur eſſentia.

In obſtructionibus viſcerum, cachexia, hypochondriaco & ſcorbutico affectu ſummoperè recommendatur.

ESSENTIA VITRIOLI NITRATA.

℞. Nitri crudi libram ſemis,
Olei vitrioli optimi libram unam,

Immittantur retortæ vitreæ juncturis optimè clauſis, appoſito amplo recipiente, & forti igne citò deſtillentur, nam ſi diu in retorta maneant, vitrum corrodent. Peractâ deſtillatione habetur ſpiritus fumans.

Reſiduum in retorta ſolvatur aquâ pluviali, & addantur
Limaturæ martis unciæ tres,

Coquantur in ſartagine ferrea ad ſiccitatem, repetendo hanc ſolutionem & ſiccationem bis vel ter, ultima ſolutio filtrata reponatur debitè incocta ad chryſtalliſandum. Dein

℞. Hujus ſalis ſiccati unciam ſemis,

Immittatur phiolæ, & affundantur primò
Spiritûs vini rectificatiſſimi unciæ quatuor,

Dein
Spiritûs fumantis uncia una,

Digerantur per octiduum, & filtretur, lege artis, eſſentia, quæ ſantalo rubro vel aliâ re tingi poteſt.

Stomachum roborat, flatus diſcutit, ſitim extinguit, obſtructiones tollit, & ſanguinem depurat.

Spiritus fumans etiam ad tophos & nodos

nodos venereos optato ſucceſſu adhibetur.

DE LIQUORIBUS.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS.

℞. Spiritûs vini rectificatiſſimi libras ſex,
Olei vitrioli optimi uncias octo,
Affundatur paulatim oleum vitrioli, & ſtent per viginti quatuor horas in digeſtione, dein leniſſimo igne deſtillatio inſtituatur, donec libræ quatuor prodierint, reſiduo absquè additione novi olei vitrioli affundantur
Spiritûs vini rectificati libræ tres,
Et rurſus deſtillentur libræ duæ, quæ cum ſuperioribus quatuor libris miſceantur, & uſui ſerventur.

Virtutes ſunt inſignes in ſputo ſanguinis, phthiſi, vigiliis, aliiſquè contumacioribus doloribus.

LIQUOR APOPLECTICUS BALSAMICUS.

℞. Florum roriſmarini unciam ſemis,
Lavendulæ
Liliorum convallium
Tunicæ ana drachmas duas,
Styracis
Benzoin ana in granis unciam unam,
Cubebarum
Macis
Caryophyllorum
Cinnamomi ana drachmas ſex,
Granorum paradiſi unciam ſemis,
Corticum citri recentium unciam unam,
Aurantiorum recentium unciam ſemis,
Salis ſuccini volatilis unciam unam,
Spiritûs ungulæ alcis
Cranii humani
Lumbricorum
Urinæ ana volatilium rectificatorum uncias octo,
Conciſa & contuſa miſceantur, & ſtent in digeſtione, & deſtillentur per balneum mariæ, ut ſpiritus volatilis balſamicus prodeat, & ſervetur uſui.

Virtutes ab ipſo nomine abunde indicantur.

LIQUOR BEZOARDICUS.

℞. Ex duabus libris raſuræ eboris per retortam ex arena deſtilletur, lege artis, ſpiritus, ſal volatile & oleum, quæ omnia ſimul in vaſe optimè clauſo ſerventur.

℞. Raſuræ ſuccini citrini electæ & pulveriſatæ
Salis tartari ana libras duas,
Affundantur
Spiritûs vini rectificatiſſimi libræ octo,
Stent in leni arenæ calore per triduum,

duum, ut digerantur, ſæpiùs materiam agitando, dein addatur

Salis armoniaci pulveriſati libra una,

Iterum vaſe benè clauſo ſtent in frigido per duas dies; his peractis

℞. Spiritûs vini rectificatiſſimi libras ſex,

Olei de cedro veri unciam unam,

Miſceantur in vaſe clauſo, & conſerventur in frigido, donec ſuperiores operationes factæ fuerint, tandem miſceatur id, quod per primam operationem ex ebore prodiit (cum toto liquido, quod ſupernatat) cum ſecunda operatione, & ſpiritu vini citrato, hæc omnia in alembico capaci permixta appoſito capitello ex arena igne moderato, lege artis, deſtillentur.

Vires ſeſe inſinuant in febribus malignis & epidemicis, ſpiritus enim refocillat, cor exhilarat, & humorum putredini reſiſtit.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

℞. Salis ſuccini volatilis,

Cornu cervi volatilis ana uncias tres,

Spiritûs cornu cervi volatilis ab oleo benè ſeparati libras tres,

Miſceantur, & digerantur ad ſalium diſſolutionem, dein filtretur & ſervetur uſui.

In epilepſia, convulſionibus, lipothymiis & conſimilibus affectibus præſtò tam in quàm extra adhibitus medelam affert.

LIQUOR MARTIS SOLARIS.

℞. Mineræ martis ſolaris quantum placet,

Affundatur ſpiritûs nitri dulcis ſufficiens quantitas, ut liquor extrahatur.

Vires habet incidendi, & obſtructiones viſcerum reſolvendi.

LIQUOR NITRI FIXI.

℞. Nitri depurati libras quatuor,

Perducantur in benè ignito crucibulo ad fluorem, injiciendo ſucceſſivè pulverem carbonum, donec flammam non ampliùs concipiant, tum in calefactum mortarium materia effundatur, pulveriſetur, & per manicam hippocratis in cella per deliquium, lege artis, ſolvatur, & filtretur.

In doloribus nephriticis, renumquè obſtructionibus dilaudatur; ſervit quoquè ut menſtruum pharmaceuticum ad diverſa.

LIQUOR SEU SAL VOLATILE OLEOSUM.

℞. Cinnamomi acuti uncias duas,

Caryophyllorum

Nucis moſchatæ

Corticum aurantiorum recentium ana unciam unam,

Inciſa

Inciſa & contuſa digerantur per noctem in

Spiritûs vini libris quatuor,

Dein per alembicum, lege artis, inſtituatur deſtillatio, quod deſtillatum ſpiritus aromaticus nuncupatur.

℞. Hujus ſpiritûs aromatici libras duas,
Olei caryophyllorum drachmas duas,
Macis drachmam unam,
Cinnamomi drachmam ſemis,
Salis tartari unciam ſemis,
Spiritûs ſalis armoniaci libram ſemis,

Incorporentur, & liquor ſervetur uſui.

Cephalicus, ſtomachicus eſt & Carminativus, ſanguinem craſſum attenuat, circulationem promovet, & colicam ſiſtit.

LIQUOR TARTARI CONCENTRATUS.

℞. Salis tartari libram unam,
Calcis vivæ recentis libras quatuor,

Miſceantur, & in furno figulino igne fortiſſimo calcinentur, ſal aquâ eluatur, & evaporet ad ſiccitatem, reponatur ad locum humidum, & oleum per deliquium fluet.

Antimonium aliaquè mineralia absquè ſtrepitu hic liquor ſolvit.

LIQUOR TARTARI SPLENETICUS.

℞. Tartari crudi
Nitri chryſtalliſati ana libram unam,

Pulveriſata benè miſceantur, ac detonentur in crucibulo, huic detonato affundantur

Aquæ fontanæ bullientis libræ quatuor,

Diſſolvantur quotidianâ agitatione per ſex dies in loco calido, tum colentur, colaturæ addatur

Tartari pulveriſati libra una,

Stent in ulteriori digeſtione per octiduum, tandem filtretur liquor.

In obſtructionibus menſium, panchreatis, meſenterii, lienis & conſimilium partium eximium eſt deopilativum.

LIQUOR, SEU TERRA FOLIATA TARTARI, ITEM ARCANUM SEU MAGISTERIUM TARTARI PURGANS, VEL SAL ESSENTIALE TARTARI.

℞. Salis tartari albiſſimi libram ſemis,
Aceti deſtillati libras ſex,

Miſceantur leniſſimo igne, deinde abſtrahatur acetum per deſtillationem, vel evaporet in vaſe ferreo, poſtea iterum materiæ novum acetum affundatur, & rurſus evaporet, hocquè tamdiu continuandum, donec acetum, ut affuſum, id eſt: æquè acidum exhalet, nullus amplius affuſo aceto

 audia-

audiatur ſibilus, & materia in fundo ſit nigricans, tunc ſignum eſt, tartarum eſſe animatum, & ceſſandum eſt ab iteratâ affuſione & evaporatione; materia nigra in ſpiritu vini ſolvatur, & per chartam bibulam filtrata leniſſimo calore in vaſis terreis aut vitreis exſiccetur, aut etiam in cucurbita ſpiritus vini abſtrahatur, exſiccata materia iterum ſpiritu vini ſolvenda, & exſiccanda toties, donec materia alba compareat, & foliorum longè â ſe invicem diſſitorum facie concreſcat, facilè hoc ſal in aëre liqueſcit, hinc etiam plerumquè in liquoris forma aſſervatur.

Sanguinem depurat, obſtructiones tollit, in hydrope, arthritide, calculo, & omnibus ab obſtructione ortis affectibus prodeſt.

LIQUOR DE TRIBUS.

℞. Nitri puri uncias quatuor,
Tartari crudi uncias octo,
Miſceantur pulveriſata, detonentur in crucibulo tecto, & per horam calcinentur, refrigerata ſolvantur in
Aquæ fontanæ libris duabus,
Solutioni addantur
Salis armoniaci in aquæ fontanæ libra ſemis ſoluti unciæ duæ,
Filtratus ſervetur uſui liquor.

Vires in obſtructionibus tollendis, & appetitu excitando exerit, menſtruum quoquè pharmaciæ ſuppeditat.

LIQUOR VISCERALIS.

℞. Extracti chamædryos
Cichorei
Trifolii
Martis pomati ana drachmas tres,
Spiritûs nitri dulcis
Eſſentiæ corticum aurantiorum tartariſatæ ana uncias duas,
Aquæ totius citri uncias ſex,
Fiat bona digeſtio, & filtratio pro liquore.

In obſtructionibus hypochondriacis, cachexia, inappetentia, & flatibus conducere ſolet.

DE TINCTURIS.

TINCTURA ALOES.

℞. Aloes ſuccotrinæ uncias quatuor,
Spiritûs vini tartariſati libram unam,
Extrahatur tinctura.

Vulnerarium & mundificans opportunum eſt remedium.

TINCTURA AMARICANS.

℞. Extracti amaricantis uncias duas,
Salis tartari drachmas duas,
Spiritûs nitri dulcis libram unam,

Fiat

Fiat bona digeſtio, & extrahatur tinctura.

In doloribus ventriculi, febribus, inappetentia & conſimilibus egregiam opem præſtat.

TINCTURA ANODYNA.

℞. Laudani cydoniati uncias duas,
Spiritûs cydoniorum libram unam,
Extrahatur tinctura, & filtretur.

In vomitu, diarrhæa, rheumatiſmo & nephritide adhibetur, quamvis & uſus externus ad intinctionem ſit.

TINCTURA ANTI-HYPOCHONDRIACA.

℞. Pulveris radicis hellebori nigri uncias duas,
Croci auſtriaci
Nitri
Santali rubri
Salis tartari ana drachmas duas,
Florum hyperici drachmas ſex,
Cum ſpiritûs nitri dulcis ſufficienti quantitate extrahatur tinctura.

Cujus virtutes ipſa nominis inſcriptio manifeſtat.

TINCTURA ANTIMONII ANISATA.

℞. Antimonii crudi libram unam,
Tartari crudi
Nitri ana uncias novem,
Limaturæ martis libram ſemis,
Pulveriſata & mixta ſucceſſivè infundantur in crucibulum, & calcinentur ſuper ignem per mediam horam, dein effundatur maſſa in vas martiale, pulveriſetur de novo, irroretur ſtatim
Olei aniſi unciâ unâ,
Tandem affundantur
Spiritûs vini rectificatiſſimi libræ duæ,
Et extrahatur, lege artis, tinctura.

In obſtructionibus tam â viſcoſo lentore, quàm â flatibus ortis ſubvenit viſceribus internis diſcutiendo, reſolvendo & blandiſſimè ſubducendo.

TINCTURA ANTIMONII CUM LIQUORE NITRI FIXI.

℞. Liquoris nitri fixi vel:
Tartari concentrati prout lubet,
Mineræ antimonii ſolaris ana libram unam,
Digerantur invicem ſæpiùs agitando, liquor tinctus decantetur, huicquè decantato affundatur
Spiritûs vini tartariſati libra una,
Qui ſubitò hanc tincturam attrahet, remanente liquore in ſuo colore, abſtrahatur rurſus ad medietatem vel ultra, ut magis concentretur, & ſervetur uſui.

Diaphoreticum eſt inſigne, hinc in inflammationibus, febribus & conſimilibus affectibus optimo ſucceſſu adhibetur.

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.

℞. Antimonii hungarici libram ſemis,
Salis tartari libram unam,

Pulveriſata & mixta fluant in crucibulo, valido igne, per unam horam, deinde materiæ huic adhuc calidæ affundatur ſpiritus vini alkoholiſatus ad trium digitorum eminentiam, ſtent per aliquot dies in arena, dein filtretur, & ſervetur uſui tinctura.

In maſſa ſanguinea depuranda inſignis eſt efficaciæ, hinc quoque hypochondriacis, cachecticis, ictericis, & ſcabioſis ſalutaris eſt.

TINCTURA ANTI-NEPHRITICA.

℞. Millepedum præparatorum
Fructûs cynosbati
Baccarum juniperi ana unciam unam,
Radicis pareyræ bravæ drachmas ſex,
Florum hyperici
Geniſtæ
Seminis milii ſolis
Saxifragiæ ana unciam ſemis,
Opobalſami unciam unam,
Balſami copayvæ
De peru nigri
Salis tartari ana unciam ſemis,
Spiritûs ſalis dulcis
Nitri dulcis ana libram unam,

Hæc factâ digeſtione filtrata ſervetur uſui.

Virtutes reſpectu doloris nephritici nomini ſunt conſonæ.

TINCTURA ANTIPHTHISICA.

℞. Salis ſaturni unciam unam ſemis,
Vitrioli martis unciam unam,
Terræ foliatæ tartari drachmam unam,
Spiritûs vini
Aceti deſtillati ana libram ſemis,

Miſceantur probè, & ſtent infuſa loco frigido per aliquot dies ad extractionem tincturæ filtrandæ.

In phthiſi, hæmoptyſi, diarrhæis & conſimilibus affectibus, uti & ſudore nimio ſperato ſucceſſu exhibetur.

TINCTURA APERITIVA DULCIFICANS.

℞. Extracti martialis pomati
Amaricantis ana unciam unam,
Salis tartari drachmas duas,
Spiritûs nitri dulcis libram unam,

Digerantur probè, & filtretur tinctura.

In obſtructionibus viſcerum reſerandis, & chloroſi tollenda uſus ſummoperè recommendatur.

TINCTURA ARTHRITICA.

℞. Herbæ naſturtii

Becca-

Beccabungæ
Betonicæ
Fumariæ
Chamædryos
Chamæpityos ana recentium uncias ſex,
Salviæ
Rorismarini ana recentium uncias tres,
Lumbricorum terreſtrium recentium libras duas,

De contuſis & conquaſſatis exprimatur ſuccus, dein

℞. Radicis ariſtolochiæ rotundæ
Vincetoxici
Bardanæ
Hermodactylorum ana uncias quatuor,
Pinaſtrorum ſpiritu vini irroratorum uncias ſex,

Fiat fortis decoctio in aqua fontana, coletur, hæc colatura mixta cum ſucco expreſſo inſpiſſetur ad mollioris extracti conſiſtentiam, poſtea

Spiritûs cochleariæ ſufficienti quantitate,

Extrahatur tinctura, quæ filtretur.

In ſcorbuto, nephritide, contractura & doloribus articulorum perutilis exiſtit.

TINCTURA AURI.

℞. Reguli antimonii ſimplicis puriſſimi
Mercurii dulcis quinguies ſublimati ana quantum placet,

Fiat inde butyrum albiſſimum ex retorta vitrea, hocque in nova retorta cum ſilicibus rectificetur, dein ex hoc mercurius vitæ optimè edulcoratus & ſiccatus paretur, tum

℞. Hujus mercurii vitæ
Tartari pulveriſati
Nitri pulveriſati ana quantum lubet,

Miſceantur & in crucibulo in igne fluant, poſt refrigerationem invenietur regulus inſtar lunæ puriſſimæ, remanentia regulo ſupernatans cum nova tartari & nitri anatica portione fluat, refrigeſcat, & regulus ſeparetur, & hoc repetatur quinquies, & ſemper regulus, licet minori quantitate invenietur.

℞. Hujus reguli
Sulphuris nativi citrini
Auri per antimonium ter fuſi ana quantum placet,

Fluant ſimul in crucibulo, dein effundantur in conum fuſorium cerâ illitum, refrigerata maſſa pulveriſetur ſubtiliſſimè, hujus pulveris pars una cum ſalis armoniaci ſulphure vivo ſublimati partibus duabus in mortario marmoreo optimè per tempus. terendo miſceantur, dein ponantur in alembicum cæcum, & ſublimentur, ubi ſal armoniacum cum auro coloris corallini aſcendet; ſublimatio iſta repetatur, ſemper ad remanentiæ partem unam novi ſalis armoniaci priori modo ſublimati partes duas addendo, toties, donec re-

manentia cineritii coloris eſſe in fundo deprehendatur, quæ nullius momenti, ante iterationem ſublimationis remanentia cum novo ſale ſemper in mortario marmoreo benè teri & miſceri debet.

Omne ſublimatum in aqua calida ſolvatur & flores ſalis armoniaci â pulvere ſolari antimoniali ſeparentur, qui ſiccetur, & ponatur in phiolam longo collo benè obturato præditam in arena per integrum diem leni ab initio igne, in fine verò, ut candeat parum, obſervandum tamen eſt, ne maſſa fluat, proin vitrum ſæpe rotetur, ut maſſa colorem hepaticum paulò obſcuriorem acquirat; cui maſſæ ſubtiliſſimè pulveriſatæ affundatur ſpiritus urinæ rectificatiſſimus bis vel ter, ut omnis tinctura extrahatur, tincturæ hæ commiſceantur, & ſpiritus urinæ omnis in balneo mariæ per alembicum abſtrahatur ad olei remanentiam, quod edulcoretur, ex quo facillimè ſpiritu alkoholiſato tinctura extrahitur uſui aſſervanda.

TINCTURA AURI COMPENDIOSIOR.

℞. Auri foliati unciam ſemis,
Spiritûs ſalis, quantum pro ſolutione ſufficit,
Abſtrahatur ſpiritus ad ſpiſſitudinem, reaffundatur
Aquæ pluvialis deſtillatæ libra una,
Abſtrahatur rurſus ad ſiccitatem, tandem affundantur
Spiritûs vini alkoholiſati unciæ quatuor,
Stent per aliquot horas in digeſtione, extrahatur tinctura ſervanda uſui.

Utráque hæc tinctura virtutes poſſidet cordiales, diaphoreticas, humores malignos depellentes, & ſpiritus tam vitales quàm animales & naturales confortantes.

TINCTURA BALSAMICA.

℞. Balſami copaiviæ uncias tres,
Peruviani nigri
Opobalſami veri ana unciam unam ſemis,
Granorum gummi ammoniaci pulveriſatorum unciam unam,
Salis tartari unciam ſemis,
Miſceantur cum
Spiritûs vini rectificatiſſimi libra una ſemis,
Digerantur per octiduum leniſſimo igne, omnibus ſolutis filtretur tinctura.

In gonorrhæa, aliiſquè venereis ulceribus bono ſucceſſu adhibetur.

TINCTURA BENZOES.

℞. Benzoes uncias tres,
Styracis calamitæ unciam unam ſemis,
Spiritûs vini rectificatiſſimi libras duas,
Digerantur vitro clauſo ad ſaturatam

ratam tincturæ extractionem, dein filtretur.

Coſmeticum eſt inſigne, ſi aquæ inſtilletur, confert quoquè aſthmaticis.

TINCTURA BEZOARDICA.

℞. Corticum citri exteriorum recentium
Baccarum juniperi
Coſti electi
Radicis zedoariæ ana uncias duas,
Serpentariæ virginianæ
Angelicæ
Pimpinellæ
Valerianæ veræ
Vincetoxici
Calami aromatici
Santali rubri ana unciam unam,
Myrrhæ rubræ uncias tres,
Herbæ ſcordii unciam unam ſemis,
Meliſſæ
Millefolii
Rutæ ana unciam ſemis,
Theriacæ optimæ libram unam ſemis,
Spiritûs ſambuci libras octo,
Inciſa & contuſa digerantur, dein addatur
Spiritûs tartari rectificati libra una,
Vitrioli
Camphoræ ana uncia una,
Miſceantur, & digerantur invicem per octiduum, demum exprimatur, & filtretur tinctura uſui ſervanda.

Virtutes ſunt alexipharmacæ, & in febribus tam continuis quàm intermittentibus proficuæ, ſudorem & urinam moventes, obſtructiones & flatus diſpellentes.

TINCTURA CORALLIORUM CUM SPIRITU PANIS.

℞. Coralliorum rubrorum groſſo modo contuſorum uncias quatuor,
Affundatur ſpiritus panis rectificatus ad quatuor digitorum eminentiam, ſtent in digeſtione ad extractionem, filtretur, & filtratio inſpiſſetur ad mellaginem, affundendo
Spiritûs vini libram ſemis,
Fiat duplex abſtractio ad mellaginem ob ſpiritûs panis fœtorem, tandem
Spiritûs vini alkoholiſati unciis quatuor,
Extrahatur tinctura, quæ filtretur.

Ita etiam paratur

Tinctura coralliorum cum ſpiritu è corde cervi,
Eadem cum ſpiritu mellis,
Cum ſpiritu veneris,
Cum ſpiritu viſci quercini
Et conſimilibus ſpiritibus.

TINCTURA CORALLIORUM CUM SUCCO CITRI.

℞. Coralliorum rubrorum groſſo modo

modo contuſorum
quantum placet,
Affundatur ſuccus citri ad quatuor digitorum eminentiam, ſtent in digeſtione ad extractionem tincturæ, dein filtretur, filtratio inſpiſſetur ad mellaginem, & ſpiritûs vini ſufficienti quantitate extrahatur tinctura.

Pari modo etiam parari poteſt tinctura Coralliorum ex aliis ſuccis acidis.

Omnes hæ Coralliorum tincturæ ſpecificum ſunt cordiale, ſpiritus enim vitales mirè confortant, & maſſam ſanguineam depurant, ubi pro varietate menſtrui quoad magis & minus accidentaliter virtutes variant.

TINCTURA FEBRILIS EXTEMPORANEA.

℞. Pulveris corticis peruviani unciam unam,
Salis tartari
Liquoris nitri fixi ana drachmam unam,
Caryophyllorum contuſorum numerò tria,
Infundantur in
Aquæ centaurii minoris libra ſemis,
Digerantur ad extractionem tincturæ, quæ filtretur.

Virtutes ipſi nomini correſpondent.

TINCTURA LACCÆ.

℞. Gummi laccæ ſubtiliter pulveriſati drachmas ſex,
Aluminis crudi drachmas duas,
Mixtis affundatur
Aquæ ſalviæ
Prunellæ
Cochleariæ ana libra una,
Stent in digeſtione, donec perfectè tingantur, filtrentur & tinctura rubicundiſſima uſui ſervetur, cui placet aromatiſatio, cum
Caryophyllorum ſcrupulis duobus,
Ea in infuſione fieri poterit.

In oris ſcorbuto experimentum eſt efficax, gingivarum laxitatem, putredinem & oris fœtorem curat, carnemquè amiſſam reparat factâ ſæpius ablutione.

TINCTURA LUNÆ.

℞. Salis armoniaci uncias ſex,
Tartari uncias octo,
Aquæ epilepticæ uncias ſex,
Spiritûs liliorum convallium
Ceraſorum nigrorum
Lavendulæ ana uncias duas,
Mixta deſtillentur per alembicum ad uncias ſex.

℞. Hujus liquoris uncias ſex,
Lunæ raſpatæ finiſſimæ unciam unam ſemis,
Stent in digeſtione ad extractionem tincturæ valdè cœruleam, quæ filtretur, & uſui ſervetur

In affectibus capitis & nervorum, ut epilepſia & conſimilibus virtutes ſuas exercet.

TINCTURA MARTIS ADSTRINGENS.

℞. Limaturæ chalybis quantum placet, vitro largo immiſſa humecte-

mectetur ſpiritu veneris, iterùm exſiccetur, idque bis vel ter repetatur, donec limatura in crocum quaſi converſa fuerit, cui in pulverem redactæ ſuperaffundatur

Spiritus veneris ad quatuor digitorum eminentiam,

Qui præviâ digeſtione rubicundiſſimo colore imbuetur, tinctus ſpiritus effundendus, & alius de novo ſuperaffundendus, donec nulla rubedo ampliùs in ſpiritu appareat, tincturæ omnes collectæ per arenam in alembico vitreo abſtrahantur ad debitam craſſitiem, quæ porro cum ſpiritu vini extrahenda, filtranda, & ad oleoſitatem ſeù liquorem rubicundiſſimum per deſtillationem vel abſtractionem reducenda eſt.

In fluxu hepatico, nimiis diarrhæis, dyſenteria, nimio menſtruo ac hæmorrhoidali fluxu ob virtutem adſtringentem adhibetur.

TINCTURA MARTIS
APERITIVA SEU EX VITRIOLO MARTIS.

℞. Terræ foliatæ tartari
Vitrioli martis optimè ſiccati ana uncias quatuor,
Spiritûs vini rectificatiſſimi libras duas,
Seorſim pulveriſata miſceantur, & loco humido extrahatur, lege artis, tinctura.

Vires in obſtructionibus hypochondriorum, meſenterii, pancreatis, menſium ſuppreſſione, morbo virgineo & cachexia ſunt celebres teſte laudatiſſimo noſtro Zwelfero.

TINCTURA MARTIS
APERITIVA HELLEBORATA.

℞. Tincturæ martis tartariſatæ uncias ſex,
Extracti hellebori nigri drachmas ſex,
Miſceantur, & digerantur per aliquot dies, dein filtrentur.

Uſus hujus tincturæ eſt in contumacioribus obſtructionibus, ut & in hydropè.

TINCTURA MARTIS
CUM SUCCO POMORUM.

℞. Limaturæ martis libras duas,
Irroretur olei tartari ſufficienti quantitate, & addantur poſt viginti quatuor horas
Succi pomorum redolentium recenter expreſſi libræ ſex,
Stent per aliquot dies in digeſtione ſæpiùs agitando, dein per ſubtile linteum liquor coletur, & novus affundatur ſuccus, digeſtione per aliquot dies & agitatione rurſus peractâ, tinctum decantetur, ſucci imprægnati miſceantur, & exhalent ad medietatem & ultra, ut tinctura durabilior & penetrantior fiat, tum

℞. Hujus tincturæ partes ſex,
Spiritûs vini partem unam,

 Miſcean-

Miſceantur, digerantur, filtrentur, & ſervetur tinctura uſui.

Craſſos, ſeroſos, acres, ſcorbuticosquè humores ſanguini admixtos incidit & reſolvit, affectibus ſpleneticis, & inordinatis menſibus opitulatur.

TINCTURA MARTIS TARTARISATA.

℞. Limaturæ martis
Tartari crudi pulveriſati ana libram unam,
Coquantur cum
Aquæ fontanæ ſufficienti quantitate,

Per plures horas continuò agitando, usquè ad mellaginem, cui poſtea affundatur ſpiritus vini ſufficiens quantitas, ne nimis diluta tinctura fiat, filtretur, & uſui ſervetur tinctura.

Virtutes ſunt inſignes cachecticis, hydropicis, ictericis, menſium & hæmorrhoidum obſtructioni obnoxiis mediante reſeratione.

TINCTURA METALLORUM.

℞. Reguli antimonii martialis libram unam ſemis,

Pulveriſata fluant in crucibulo igne fortiſſimo, addendo dum fluunt
Cupri hungarici
Stanni anglici ana uncias tres,

Fluant ſimul per horam mediam, injiciendo ſucceſſivè aliquam partem
Nitri
Tartari ana pulveriſatorum & mixtorum uncias quatuor,
Poſt mediam horam addantur
Lunæ laminatæ & inciſæ drachmæ decem,
Foliorum auri uncia una,

Fluant ſimul per quadrantem horæ, injiciendo ter aut quater de mixtione præcedenti nitri & tartari, his benè in fluxione unitis effundatur regulus in conum fuſorium, qui aquâ calidâ abluatur, tum ſumantur
Hujus reguli pulveriſati libræ duæ,
Nitri puriſſimi pulveriſati unciæ quindecim,

Miſceantur, & cochleatim crucibulo ignito injiciantur optimè tecto ſpatio horæ unius cum dimidia, fluant igne fortiſſimo, ſubinde inſtrumento ferreo agitando, ita tamen, ut crucibulum ſtatim iterum tegatur, caveatur autem ſummopere, ne carbones in crucibulum cadant, nam tunc materia in crucibulo præcipitabitur nullius momenti. Maſſa poſt unam & mediam horam effundatur in mortarium ferreum calidum, & ſtatim calidiſſima pulveriſetur, calenti adhuc pulveri affundantur mox
Spiritûs vini rectificatiſſimi libræ ſex,

Stent in arena etiam calefacta ſimul leni igne per tres dies, dein tinctura extracta decantetur, & rurſus affundantur

Spi-

Spiritûs vini rectificatiſſimi libræ tres,
Stent per octiduum in digeſtione, rurſus decantetur, & miſceatur utraquè tinctura, ac filtretur, & ſervetur uſui.

In obſtructionibus viſcerum internorum reſerandis, depurando ſanguine, vermibus quoquè necandis & pellendis vires exercet.

TINCTURA PROPRIETATIS.

℞. Spiritûs aniſi uncias ſedecim,
Elixirii proprietatis unciam unam,
Confectionis alkermes incompletæ unciam ſemis,
Florum tunicæ rubrorum drachmam unam,
Mixta digerantur, usquè dum ſpiritus aniſi ſaturato rubore imbutus fuerit, tum filtretur, & tinctura uſui ſervetur.

In aſthmate, cardialgia, inappetentia, melancholia, & reliquis â cauſa frigida ortis ventriculi affectibus auxilio eſt.

TINCTURA STOMACHICA.

℞. Croci auſtriaci
Aloes ſuccotrinæ
Myrrhæ electæ
Florum tunicæ ana drachmas duas,
Corticum aurantiorum exteriorum
Radicis galangæ ana drachmas ſex,
Confectionis alkermes incompletæ unciam unam,
Inciſa miſceantur, & affundatur
Aquæ ſeu elixirii vitæ ſine ſaccharo parati libra una ſemis,
Spiritûs vitrioli drachma una,
Stent in vitro benè clauſo ad tincturæ extractionem, quæ filtretur, & uſui ſervetur, ſi completa fors deſideretur hæc tinctura, prioribus addi poſſunt
Eſſentiæ ambræ liquidæ drachmæ duæ,
Et habebitur intentum.

Virtutes ſunt Cordiales, ſtomachicæ, cruditates ventriculi incidentes & attenuantes, nec non appetitum excitantes.

TINCTURA TARTARI COMPOSITA, SEU PANNACEA TARTAREA LIQUIDA.

℞. Tartari crudi pulveriſati libras duodecim,
Ligni guajaci libras quatuor ſemis,
Saſſafras
Radicis ſarſaparillæ ana libram unam ſemis,
Chinæ libram ſemis,
Conciſa & contuſa indantur retortæ vitreæ, deſtillando per gradus, liquor ſeparetur ab oleo fœtido, & in eo liquore infundantur
Chryſtallorum tartari libra ſemis,
Raſuræ ligni ſancti

 Corti-

Corticis ejusdem ana unciæ quatuor,
Ligni ſaſſafras
Fraxini
Radicis ſarſaparillæ ana uncia una ſemis,
Chinæ unciæ duæ ſemis,
Santali rubri uncia una,
Spiritûs vitrioli drachmæ tres,

Stent omnia per aliquot dies in digeſtione, tum exprimantur, & filtretur tinctura.

In defluxionibus catarrhoſis, arthritide, gonorrhæa aliisquè venereis affectibus inſigne eſt dulcificans.

TINCTURA TARTARI SIMPLEX.

℞. Salis tartari quantum placet, fundatur in valido crucibulo igne intenſo, & fluat, donec rubeo cæruleum colorem contrahat, dein effundatur in mortarium ferreum calefactum, & pulveriſetur, tum indatur phiolæ calefactæ, & affundatur ſpiritus vini rectificatiſſimus ad trium digitorum eminentiam, digeratur in arena ſæpiùs agitando, ut ſpiritus rubicundo colore tingatur, qui decantetur, filtretur, & ſervetur.

In ſcorbuto, hypochondriaca paſſione, hydrope aliisque obſtructionibus viſcerum internorum confert, & urinam pellit.

TINCTURA TARTARI CUM AURANTIIS.

℞. Tincturæ tartari ſimplicis libram unam,
Infundantur in ea
Flavedinis corticum aurantiorum amarorum unciæ duæ,

Fiat ſuper novos cortices duplex infuſio, fortis expreſſio, filtratio, & ſervetur uſui.

Ad obſtructiones viſcerum incidendas, renes & veſicam depurandos, appetitum excitandum, & humores ſeroſos ac flatus ventriculi diſcutiendos proficuè confert.

TINCTURA DE TRIBUS.

℞. Tincturæ ſtomachicæ
Martis cum ſucco pomorum
Eſſentiæ trifolii fibrini ana uncias quatuor,

Miſceantur, digerantur per octiduum, filtretur, & uſui ſervetur tinctura.

In obſtructionibus reſerandis, & ventriculo confortando virtutes exercet.

TINCTURA TROCHISCORUM.

℞. Specierum trochiſcorum de
Myrrha
Abſynthio
Eupatorio

Rha-

Rhabarbaro
Capparibus
Dialaccæ
Diacurcumæ ana unciam ſemis,
Affundantur
Spiritûs vini tartariſati libræ duæ,
Extrahatur tinctura per trium dierum digeſtionem, dein filtratæ addatur
Spiritûs ſalis armoniaci volatilis martialis libra ſemis.

In cachexia, ſuppreſſione menſium, obſtructionibus, timpanitide, & melancholia reſerando inſignium eſt virium.

CLASSIS OCTAVA.

DE

EMPLASTRIS.

EMPLASTRUM CONTRA ABORTUM UMBILICO APPLICANDUM.

℞. Maſtichis
Mumiæ
Olibani
Gummi arabici
Tragacanthi
Florum balauſtiæ
Roſarum ana unciam unam,
Sanguinis draconis
Boli armenæ
Lapidis hæmatitis ana unciam ſemis,
Pulveriſata miſceantur, & cum
Ceræ citrinæ
Reſinæ ana libra una,
Liquatis fiat emplaſtrum, & exinde formentur magdaliones.

Uſus in denominatione indicatur.

EMPLASTRUM CONTRA ABORTUM LUMBIS APPLICANDUM.

℞. Emplaſtri præcedentis libram unam,
Unguenti comitiſſæ unciam unam ſemis,
Miſceantur, & fiat emplaſtrum.

Cujus virtutes nomen indicat.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

℞. Olei olivarum

Ceruſſæ ana libras ſex,
Inſtilletur ſub coctione modicum aceti deſtillati, & coquantur ad debitam conſiſtentiam, ut fiat emplaſtrum.

Impetiginibus & tenuibus cutis exulcerationibus ſubvenit.

EMPLASTRUM DE AMMONIACO.

℞. Unguenti de althæa
Ceræ citrinæ ana libram ſemis,
Emplaſtri de meliloto
Gummi ammoniaci ana uncias quatuor,
Galbani
Bdellii ana unciam unam,
Reſinæ pini
Terebinthinæ claræ ana uncias tres,
Pulveris radicis ireos florentinæ
Bryoniæ ana unciam unam ſemis,

Miſceantur, & fiat emplaſtrum, unguentum, ceram, reſinam & emplaſtrum leniter liquando, gummi ammoniacum, & galbanum in terebinthina ſolvendo, tandem bdellium & pulveres radicum addendo.

In affectibus externis concoctionem & digeſtionem promovet, inflammationes tollit, indurata emollit, ulcera abſtergit & conſolidat.

EMPLASTRUM DE BACCIS LAURI.

℞. Baccarum lauri libram unam,
Thuris
Maſtichis
Myrrhæ rubræ
Cyperi rotundi
Coſti dulcis
Olei laurini
Terebinthinæ claræ ana libram ſemis,
Ceræ citrinæ libram unam ſemis,

Fiat, lege artis, emplaſtrum oleum terebinthinam & ceram invicem liquando, & factâ ab igne remotione cætera admiſcendo.

Ventriculi, inteſtinorum, hepatis, renum, veſicæ, uteri & conſitarum partium affectus â flatibus ortos profligat, & hydropi medetur.

EMPLASTRUM DE BETONICA.

℞. Terebinthinæ claræ
Reſinæ pini
Ceræ citrinæ ana uncias octo,
Pulveris betonicæ uncias quatuor,
Maſtichis
Thuris
Mumiæ ana unciam unam,

Solvatur cera cum reſina, dein terebinthina & reliqui pulveres admiſceantur, ut fiat emplaſtrum.

Ad dolores capitis ſedandos, variosquè ibi ſtagnantes humores exſiccandos ſalubre eſt emplaſtrum.

EMPLASTRUM CATAGMATICUM SIVE AD OSSIUM FRACTURAS.

℞. Reſinæ libras tres,

Ceræ citrinæ libram unam,
Terebinthinæ libram ſemis,
Pulveris radicis conſolidæ majoris uncias quinquè,
Barbæ caprinæ uncias tres,
Boli armenæ uncias ſex,
Lapidis hæmatitis unciam unam,
Miſceantur, & fiat emplaſtrum.

Uſus in ipſa nominis ſignificatione comprehenditur.

EMPLASTRUM DE CICUTA.

℞. Succi cicutæ ex tota planta expreſſi
Olei capparum ana libras duas,
Coquantur ad aquoſitatis conſumptionem, dein addatur
Ceræ citrinæ libra una,
Demum addantur
Pulveris cicutæ libra ſemis,
Gum̃i am̃oniaci aceto ſoluti & inſpiſſati unciæ tres,
Et fiat emplaſtrum.

In ſcirrho & tumoribus duris præcipuè lienis præſtans eſt, aperit enim, emollit & ſimul roborat.

EMPLASTRUM CITRINUM.

℞. Terebinthinæ libram unam,
Reſinæ libram unam ſemis,
Ceræ citrinæ libras tres,
Omnia invicem liquando fiat emplaſtrum.

Vulneribus & exulcerationibus recentibus medetur ea cicatriſando & inflammationes præcavendo.

EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS.

℞. Cruſtæ panis toſtæ, & per mediam horam in aceto roſaceo maceratæ uncias octo,
Pulveris maſtichis
Menthæ
Nucis moſchatæ ana unciam unam,
Olei Maſtichini
Cydoniorum
Terebinthinæ ana uncias quatuor,
Ceræ uncias octo,
Ceræ, terebinthinæ & oleis invicem liquefactis cruſta panis & reliqui pulveres admiſceantur, & dein fiat emplaſtrum.

Vomitionibus puerorum, iisquè, quorum concoctrix ventriculi facultas debilitata eſt, ſummè confert.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM.

℞. Olei hyperici libram unam ſemis,
Ceræ citrinæ libras duas ſemis,
Boli armenæ
Minii rubri ana uncias octo,
Thuris
Maſtichis ana unciam unam,
Camphoræ unciam ſemis,
Miſceantur, ut fiat, lege artis, emplaſtrum.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM VIRIDE.

℞. Ceræ citrinæ
Reſinæ ana uncias octo,
Sevi hircini
Terebinthinæ claræ
Pulveris herbæ alchimillæ ana libram ſemis,
Miſceantur, & fiat, lege artis, emplaſtrum.

Utrumquè hoc emplaſtrum ſymptomata vulnerum, ut inflammationes & defluxiones ad partem affectam præcavet, parteſquè roborat.

EMPLASTRUM DIABOTANUM.

℞. Succi radicis & foliorum enulæ campanæ
Bardanæ
Petaſitidis
Chamæpityos
Leviſtici
Raphani ruſtici
Cucumeris agreſtis
Scrophulariæ
Gratiolæ
Chelidoniæ minoris ana uncias tres,
Sedi minoris libram unam,
Chelidoniæ majoris
Hormini
Cicutæ ana libras duas,
Miſceantur, & coquantur ad conſumptionem medietatis, addendo
Olei euphorbii
Lumbricorum terreſtrium
Lithargyrii aurei ana libras duas,
Coquantur aſſiduè movendo ſpatulâ ad emplaſtri conſiſtentiam, dein in illis liquefiant
Ceræ flavæ
Picis nigræ ana libra una,
Terebinthinæ claræ libra ſemis,
Bituminis Judaici unciæ quatuor,
Styracis liquidæ unciæ duæ,
Ab igne remotis & ſemirefrigeratis immiſceantur
Gummi ammoniaci
Galbani
Opopanacis
Sagapeni ana aceto ſolutorum uncia una ſemis,
Pulveris gummi tacamahacæ unciæ duæ,
Bdellii
Olibani
Maſtichis
Baccarum lauri
Sulphuris vivi ana uncia una ſemis,
Radicis ireos florentinæ
Cyclaminis
Aſari
Hellebori albi
Ariſtolochiæ longæ
Rotundæ
Seminis angelicæ
Cumini ana uncia ſemis,
Olei de lateribus unciæ duæ,
Camphoræ oleo caryophyllorum ſolutæ uncia ſemis,
Miſceantur omnia exactè, ut, lege artis, fiat emplaſtrum.

Vir-

Virtutes pro tumoribus pituitoſis, glandulоſis & ſcirrhoſis digerendis & reſolvendis vegetabilia ingredientia ſuppeditant.

EMPLASTRUM DIACHYLUM CUM GUMMATIBUS.

℞. Emplaſtri diachyli ſimplicis uncias viginti,
Gummi galbani
Ammoniaci ana unciam unam,
Opopanacis
Sagapeni
Radicis ireos florentinæ pulveriſatæ ana unciam ſemis,
Terebinthinæ
Reſinæ
Ceræ ana unciam unam,
Olei chamæmeli uncias duas,
Miſceantur, & fiat, lege artis, emplaſtrum.

Præſtantiſſimum eſt emolliens concoquendo, maturando, & digerendo.

EMPLASTRUM DIACHYLUM SIMPLEX.

℞. Mucilaginis ſeminis fœnugræci
Lini
Radicis althææ ana libram unam,
Olei olivarum libras tres,
Lithargyrii libram unam ſemis,
Coquantur omnia leni calore continuatâ agitatione usquè ad humidi conſumptionem, & ſic fiat emplaſtrum.

Tumores molliores facilè reſolvit, & vel diſſipat, vel ad maturationem promovet, vulnera quoquè recentia facillimè conglutinat.

EMPLASTRUM DIAPALMÆ.

℞. Axungiæ porci veteris â membranis depurgatæ libras duas,
Olei palmarum
Lithargyrii triti ana libras tres,
Vitrioli albi aquâ ſoluti uncias quatuor,
Axungia, oleum & lithargyrium coquantur lento igne ad conſiſtentiam, inſpergendo ſucceſſivè vitriolum diſſolutum, fiatquè, lege artis, emplaſtrum.

Ad ulcera dyſepulotica, œdemata, morbos articulorum, bubones, ambuſta, contuſiones, oſſium fracturas, & rheumatiſmos valet, fonticulos pariter nec ſordeſcere, nec excreſcere ſinit.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM.

℞. Ceræ flavæ libram unam,
Colophoniæ
Bdellii
Terebinthinæ claræ ana uncias quatuor,
Succini citrini uncias tres,
Gummi ammoniaci præparati uncias duas,
Galbani præparati
Sandaracæ ana unciam unam,
Thuris electi

Maſtichis ana unciam ſemis,
Cera cum colophonia liquetur, & coletur, quibus ab igne remotis & ſemirefrigeratis ammoniacum, galbanum & terebinthina invicem liquata, ultimò reliqua in pulverem redacta immiſceantur, & ſic, lege artis, paretur emplaſtrum.

Pituitam & ſerum diſcutit ac extrahit, hinc in iſchio, tumore pedum, parotidibus, tumoribus gallicis, quos ſuppurare non arridet, bono effectu adhibetur.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS.

℞. Balſami ſulphuris rulandini
Colophoniæ ana uncias duas,
Ceræ uncias quatuor,
Myrrhæ pulveriſatæ uncias decem,
Prioribus tribus liquatis, & benè mixtis ſucceſſivè inſpergatur myrrha ſubtiliſſimè pulveriſata, & ſic fiat emplaſtrum.

Omnis generis ulcera hòc emplaſtro curata eſſe Rulandus perhibet.

EMPLASTRUM DIVINUM.

℞. Lithargyrii aurei pulveriſati libram unam ſemis,
Olei communis libras tres,
Coquantur ſimul ad emplaſtri ſpiſſitudinem, dein admiſceantur
Lapidis magnetis præparati libra ſemis,
Gummi ammoniaci
Galbani
Opopanacis
Bdellii ana unciæ tres,
Myrrhæ
Olibani
Maſtichis
Viridis æris
Ariſtolochiæ rotundæ ana uncia una ſemis,
Ceræ flavæ unciæ octo,
Terebinthinæ unciæ quatuor,
Et fiat, lege artis, emplaſtrum.

Emolliendo, reſolvendo, detergendo & confortando in vulneribus, contuſionibus, & tumoribus hoc nomen ſortitum eſt.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM.

℞. Terebinthinæ claræ unciam unam ſemis,
Leni igne liquefactæ injiciantur
Aranearum vivarum in locis mundis captarum numerô quindecim,
Miſceantur, & agitentur piſtillo, usquè dum nihil ampliùs de araneis conſpiciatur, poſtea addantur
Telarum aranearum, quantum prædictæ araneæ texuerunt,
Pulveris gummi asphalti
Salis armoniaci ana uncia una ſemis,
Terantur, usquè dum refrigeſcat materia, & juſtam emplaſtri conſiſtentiam aquirat, quod cum oleo ſcorpionum ſimplici malaxetur.

Uſus ejus conſtituitur in febribus tertia-

tertianis & quartanis, carpis manuum applicando.

EMPLASTRUM FILII ZACHARIÆ.

℞. Ceræ albæ
Sevi cervini ana libram unam,
Adipis anſeris
Gallinæ ana libram ſemis,
Fiat ſolvendo debitâ formâ, lege artis, emplaſtrum.

Viſcidum & gelatinoſum pulmonum lentorem ad exſcreationem reſolvit, & dolores ſiſtit.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS ALBUM.

℞. Ceræ albiſſimæ libram ſemis,
Sevi cervini uncias quatuor,
Terebinthinæ claræ unciam unam ſemis,
Olei roſarum, quantum ſatis,
Miſceantur omnia, & fiat, lege artis, emplaſtrum chartâ ſubductum, etiam ſparadrappum dictum.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS RUBRUM.

℞. Ceræ flavæ uncias ſex,
Sevi cervini uncias duas,
Olei liliorum alborum
Terebinthinæ claræ ana unciam unam ſemis,
Minii uncias quatuor,
Miſceantur omnia, & fiat linteo ſubducto, lege artis, emplaſtrum.

Utriusquè hujus emplaſtri vires & uſus ab ipſa denominatione deſumi poſſunt.

EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM.

℞. Gummi galbani in aceto diſſoluti, & rurſus inſpiſſati uncias ſex,
Emplaſtri diachyli ſimplicis,
De meliloto ana uncias tres,
Ceræ citrinæ uncias duas,
Terebinthinæ claræ unciam unam,
Croci auſtriaci drachmas ſex,
Miſceantur omnia, & fiat juſtæ conſiſtentiæ, lege artis, emplaſtrum.

Ad emolliendos & reſolvendos duros & ſcirrhoſos tumores, dolores â flatibus & cauſa frigidâ ortos mitigandos, affectusquè uterinos leniendos â Mynſicbto recommendatur.

EMPLASTRUM DE GALBANO, SEU CERATUM MATRICALE.

℞. Galbani in aceto ſoluti & inſpiſſati uncias novem,
Terebinthinæ claræ libram unam,
In hac diſſolvantur
Pulveris tacamahac unciæ tres ſemis,
Aſæ fœtidæ unciæ tres,
Gummi animæ unciæ duæ ſemis,
Ceræ citrinæ unciæ quatuor,
Liqueſcant, & ſucceſſivè adjiciantur

Ee Pul-

Pulveris myrrhæ unciæ tres,
Bdellii
Matricariæ
Artemiſiæ
Seminis dauci ana uncia una,
Ut ſic fiat emplaſtrum.

In uteri affectibus calefacit, flatus tollit, doloresquè placat, umbilico applicatum.

EMPLASTRUM GRYSEUM, SEU DE LAPIDE CALAMINARI.

℞. Lapidis calaminaris præparati uncias quatuor,
Lithargyrii
Ceruſſæ ana uncias tres,
Thuris electi
Maſtichis
Myrrhæ
Tutiæ ana unciam unam,
Camphoræ oleo liliorum alborum ſolutæ unciam ſemis,
Terebinthinæ claræ libram ſemis,
Ceræ albæ
Sevi cervini ana uncias octo,
Sevo, terebinthinâ & cerâ aliqualiter liquatis & refrigeratis reliquorum pulvis ſucceſſivè immittatur, ut fiat emplaſtrum.

Ulcera mundat, ſiccat, explet & cicatriſat.

EMPLASTRUM IREATUM.

℞. Emplaſtri diachyli cum gummatibus libram ſemis,
Pulveris radicis ireos florentinæ
Seminis cumini ana drachmas ſex,
Cum olei chamæmeli ſufficienti quantitate fiat perfecta mixtio, & emplaſtrum.

Vires ſunt in pleuritide emollientes, diſcutientes, pariter flatus & obſtructiones reſolventes.

EMPLASTRUM ISCHIATICUM.

℞. Gummi ammoniaci libram unam,
Picis navalis
Ceræ citrinæ ana uncias quinquè,
Olei ſpermatis ranarum libram ſemis,
Terebinthinæ claræ uncias tres,
Pulveris radicis ireos florentinæ unciam unam ſemis,
Redigantur, lege artis, in emplaſtrum.

Humores ad coxas & vertebras lumborum delatos diſcutit, & exſiccat, ſicquè iſchiaticos dolores mitigat.

EMPLASTRUM AD LUPIAM.

℞. Gallarum turcicarum
Gummi galbani aceto ſoluti
Viridis æris,
Farinæ frumenti ana unciam unam,
Reſinæ uncias quatuor,
Terebinthinæ claræ uncias duas,
Miſceantur, & redigantur, lege artis, in emplaſtrum.

Uſus

Uſus innoteſcit ex ipſa nominis impoſitione.

EMPLASTRUM MAGNETICUM.

℞. Gummi ſagapeni
Ammoniaci
Galbani ana præparatorum uncias tres,
Terebinthinæ claræ
Ceræ ana uncias quinquè
Magnetis arſenicalis uncias tres,
Terræ vitrioli lotæ, ſive colcotharis edulcorati
Olei ſuccini ana unciam unam,

Gummata cum terebinthina & cera liqueſcant, & addendo pulverem magnetis arſenicalis & colcotharis, ac tandem oleum ſuccini fiat, lege artis, emplaſtrum.

Carbunculos peſtilentiales maturat, rumpit, & venenum in ſe attrahit, meritò in hoc caſu omnibus reliquis præferendum.

EMPLASTRUM MALACTICUM.

℞. Ceræ citrinæ libram unam,
Terebinthinæ claræ uncias quinquè,
Sevi cervini
Reſinæ ana uncias quatuor,
Gummi ammoniaci
Galbani
Pulveris radicis curcumæ
Seminis fœnugræci
Lini ana uncias duas,
Radicis althææ unciam unam,
Farinæ fabarum
Lupinorum ana unciam unam ſemis,

Ceræ, ſevo & reſinæ liquefactis, colatis & ſemirefrigeratis pulveres, & gummata cum terebinthina liquata immiſceantur, ut, lege artis, emplaſtrum fiat, quod etiam ſine gummatibus parari ſolet.

Duritiem viſcerum internorum emollit ac reſolvit, ſcrophulas quoque ac glandularum obſtructiones reſerat.

EMPLASTRUM AD MAMMILLAS RUBRUM.

℞. Emplaſtri de mucilaginibus
De minio ana libram ſemis,
Pulveris lithargyrii aurei
Minii ana unciam unam ſemis,
Olei liliorum alborum
Ovorum
Momordicæ
Seſami
Butyri recentis
Spermatis ceti ana unciam unam,
Camphoræ unciam ſemis,

Miſceantur omnia, & fiat emplaſtrum mollioris conſiſtentiæ.

Ad grumoſum lac in uberibus reſolvendum, diſcutiendum, tumores, rimas & inflammationes præcavendas ſalubriter adhibetur.

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

℞. Herbæ meliloti uncias ſex,

Majoranæ
Abſynthii
Florum chamæmeli
Seminis fœnugræci
Baccarum lauri
Radicis althææ ana drachmas tres,
Seminis apii
Cardamomi minoris
Ireos florentinæ
Cyperi rotundi
Spicæ nardi indicæ
Caſſiæ ligneæ
Seminis ammeos ana drachmam unam ſemis,
Gummi ammoniaci drachmas decem,
Styracis calamitæ
Bdellii ana drachmas quinque,
Terebinthinæ claræ uncias tres,
Caricarum pinguium numerô duodecim,
Sevi hircini
Reſinæ ana uncias duas ſemis,
Ceræ libram unam,
Olei majoranæ
Nardini ana uncias tres,

Cera cum ſevo & reſina liquata ac colata miſceatur oleis, quibus ſemirefrigeratis pulveres, dein ſtyrax & ammoniacum in terebinthina liquata, ultimò ficus in pulpam craſſam redactæ addantur, & fiat, lege artis, emplaſtrum.

Ad inflammationem & tumorem colli, inveteratas durities hepatis, lienis, ventriculi, aliorumquè viſcerum emolliendas & relaxandas egregiè conducit.

EMPLASTRUM DE MINIO.

℞. Minii libras duas,
Olei roſacei uncias viginti,
Ceræ citrinæ uncias quatuor,
Terebinthinæ claræ uncias duas,
Miſceantur, fiatquè emplaſtrum rubrum.

Virtutes hujus emplaſtri deprædicantur in vulneribus pectoris, antiquis ulceribus, præcipuè quæ conſolidationem reſpuunt, ſimiliter tumoribus uberum reſolvendo ſubvenit.

EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS.

℞. Olei olivarum cum mucilaginibus radicis althææ
Seminis fœnugræci
Lini ana decocti libram ſemis,
Ceræ flavæ uncias viginti,
Gummi ammoniaci
Galbani
Opopanacis
Sagapeni ana aceto ſolutorum unciam ſemis,
Terebinthinæ claræ uncias duas,
Croci auſtriaci drachmas duas,
Miſceantur, & fiat emplaſtrum.

Virtutes ſunt emollientes, digerentes, maturantes & ſuppurantes.

EMPLASTRUM NERVINUM.

℞. Radicis rubiæ tinctorum uncias duas ſemis,

Her-

Herbæ recentis roriſmarini
Betonicæ
Summitatum centaurii minoris
Florum chamæmeli
Hyperici
Roſarum ana unciam unam,
Lumbricorum terreſtrium recentium libram ſemis,

Coquantur in ſufficienti quantitate vini, colaturæ expreſſæ addatur

Olei olivarum
Lithargyrii ana libra una ſemis,
Minii libra ſemis,

Coquantur denuo lento igne, ad emplaſtri conſiſtentiam, cui addantur ſequentia liquata & depurata,

Ceræ citrinæ
Terebinthinæ claræ
Reſinæ ana libra ſemis,
Sevi hircini unciæ octo,
Gummi elemi unciæ duæ ſemis,
Sagapeni
Ammoniaci
Galbani ana ſuperiori terebinthina ſolutorum drachmæ ſex,
Pulveris maſtichis unciæ tres ſemis,

Et fiat, lege artis, emplaſtrum.

Nervoſas partes roborat, viſcoſas particulas digerit, reſolvitquè emolliendo.

EMPLASTRUM NORICUM.

℞. Olei olivarum libras tres,
Minii libram unam ſemis,
Succi raparum libram unam,

Coquantur invicem ad juſtam conſiſtentiam, dein addatur

Saponis veneti libra ſemis,
Camphoræ uncia una ſemis,

Fiatquè, lege artis, emplaſtrum, ad ſcatulas pro libitu infundendum.

Roborat nervoſas partes, tumores reſolvit, ulcera exſiccat & cicatriſat.

EMPLASTRUM ODONTALGICUM.

℞. Gummi tacamahacæ uncias duas,
Ladani
Maſtichis ana unciam unam,
Olei nucis moſchatæ expreſſi
Balſami indici nigri
Ceræ citrinæ ana unciam ſemis,
Succini albi præparati
Pulveris cubebarum ana drachmam unam,
Caſtorei drachmam ſemis,

Miſceantur, lege artis, in emplaſtrum.

Nuchæ & pone aures adhibitum nominis inſcriptioni ſatisfacit.

EMPLASTRUM OPODELDOCH.

℞. Olei olivarum libras duas,
Lithargyrii libram unam ſemis,

Coquantur lento igne ad debitam conſiſtentiam, in fine coctionis immiſcendo

Ceræ citrinæ libram ſemis,

Terebinthinæ claræ uncias quatuor,
Olei laurini unciam unam,
Poſt factam ab igne remotionem & aliqualem refrigerationem indantur ſequentia gummata aceto ſoluta, colata, & ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſata cum reliquis pulveribus, ſcilicet:
Gummi ammoniaci
Bdellii ana unciæ duæ,
Galbani
Opopanacis ana uncia una,
Pulveris radicis ariſtolochiæ rotundæ
Longæ
Lapidis calaminaris
Thuris
Myrrhæ
Maſtichis
Tutiæ præparatæ
Terræ vitrioli dulcis ana uncia una,
Sanguinis draconis electi
Croci martis adſtringentis ana uncia ſemis,
Et fiat, lege artis, emplaſtrum.

Ad vulnera recentia ſananda, tela, ſpicula, cuſpides (modò oſſibus infixa non ſint) pilos, & quæ vulneri inciderint, extrahenda applicatur, vulnerum quoquè tumores, humorumquè affluxus repellit vel præcavet.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞. Ceræ flavæ
Reſinæ
Colophoniæ ana libram unam,
Croci auſtriaci
Terebinthinæ
Gummi galbani
Ammoniaci
Myrrhæ
Olibani
Maſtichis ana uncias quatuor,
Cera, reſina & colophonia invicem liquentur, & colentur, quibus ſemirefrigeratis galbanum & ammoniacum in aceto ſoluta, & ad conſiſtentiam cocta, tandem reliqua in ſubtiliſſimum pulverem redacta, ultimò crocus vino irroratus jungantur, ut fiat, lege artis, emplaſtrum.

Ad fracturas oſſium mirum conducit, dum coalitum promovet, calum auget, & humorum affluxiones præcavet.

EMPLASTRUM DE PELLE ARIETINA.

℞. Pellis arietinæ integræ numerò unam,
Coquatur in aqua fontana, donec in lentorem diſſolvatur, qui coletur, & ad debitam conſiſtentiam inſpiſſetur
Hujus inſpiſſati libræ duæ,
Picis nigræ
Colophoniæ
Ceræ citrinæ ana unciæ quatuor,
Invicem liquentur, dein
Gummi ammoniaci depurati
Galbani depurati ana uncia ſemis,
Cum terebinthinæ unciis quatuor liquata addatur, poſtea

Succi

Succi hypociſtidis drachmæ ſex,
Opii drachma una,
In aceto diſſoluta indantur, demum
Pulveris radicis ariſtolochiæ rotundæ
Conſolidæ majoris ana uncia ſemis,
Lithargyrii
Lapidis hæmatitis
Sanguinis draconis
Boli armenæ
Maſtichis
Mumiæ
Olibani
Florum roſarum rubrarum
Myrrhæ
Aloes ana drachmæ duæ,
Admiſceantur, & inde conficiatur lege artis, emplaſtrum.

Ad membrorum luxationes & hernias bono eventu adhibetur.

EMPLASTRUM DE RANIS SINE MERCURIO.

℞. Ranarum viventium numerò triginta,
Lumbricorum terreſtrium recentium uncias octo,
Schœnanthi
Florum ſtœchadis arabicæ
Herbæ matricariæ ana unciam unam,
Croci auſtriaci drachmas tres,
Radicis recentis ebuli
Enulæ ana uncias quatuor,
Coquantur in vini albi ſufficienti quantitate ad conſumptionem medietatis, colaturæ addantur
Olei chamæmeli
Anethi
Liliorum alborum ana unciæ quinquè,
Lithargyrii libræ duæ,
Coquantur rurſus lento igne ad emplaſtri conſiſtentiam, in fine diſſolvantur in eo
Ceræ flavæ
Sevi cervini ana libra una,
Terebinthinæ claræ unciæ quatuor,
Styracis liquidæ
Olei laurini ana unciæ tres,
Pulveris olibani unciæ duæ ſemis,
Euphorbii uncia una ſemis,
Fiat, lege artis, emplaſtrum; ſi expetatur

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO.

℞. Prioris emplaſtri libram unam,
Mercurii vivi terebinthinâ extincti uncias duas,
Miſceantur benè pro emplaſtro.

Commendatur utrumquè hoc emplaſtrum in doloribus artuum, homoplatarum, coxendicum â lue venerea ortis diſſipandis, virulentiam enim luis blando ſudore extrahit. Quod ſine mercurio paratur, dolores â cauſa frigida ortos tollit.

EMPLASTRUM AD RUPTURAS SEU HERNIAM.

℞. Reſinæ albæ libras duas,

Terebinthinæ claræ libram unam,
Ceræ citrinæ uncias novem,
Diſſolvantur invicem lento igne, dein addantur
Pulveris radicis barbæ caprinæ
Conſolidæ majoris
Lapidis hæmatitis ana unciæ tres,
Sanguinis draconis
Maſtichis
Olibani ana uncia una,
Malaxentur cum oleo ad hernias, ut fiat, lege artis, emplaſtrum.

Uſus ex denominatione facillimè erit deſumendus.

EMPLASTRUM SANTALINUM, ETIAM INCOGNITUM DICTUM.

℞. Olei roſarum
Ceræ novæ ana uncias octo,
Reſinæ libram unam,
Santali rubri uncias tres,
Croci auſtriaci unciam ſemis,
Olibani
Maſtichis
Myrrhæ
Camphoræ ana drachmas tres,
Ceræ cum oleo & reſina liquefactæ, colatæ & ſemirefrigeratæ ſantalum & crocus ſpiritu vini diluta, deīn reliqui pulveres immiſceantur, ut fiat, lege artis, emplaſtrum.

Hepar roborat, induratum emollit, ejus infarctos humores reſolvit obſtructiones tollendo.

EMPLASTRUM SAPONIS.

℞. Olei lumbricorum
Roſati ana libram unam,
Pulveris ceruſſæ albæ
Minii ana uncias octo,
Coquantur ſub modica aceti deſtillati inſtillatione ad juſtam conſiſtentiam, cui adhuc calenti permiſceantur
Saponis veneti raſpati unciæ octo,
Agitentur continuò piſtillo ligneo ad ſaponis ſolutionem, dein addatur
Camphoræ in olei caſtorei uncia una ſemis ſolutæ uncia una,
Et probè mixtis omnibus fiat emplaſtrum.

In affectibus podagricis, uti & ad impetigines, aliasquè cutis exulcerationes abſtergendas adhibetur.

EMPLASTRUM SATURNINUM.

℞. Plumbi uſti & loti uncias duas,
Sevi hircini
Ceræ albæ ana uncias quinquè,
Terebinthinæ claræ uncias duas,
Lapidis calaminaris
Ceruſſæ lotæ ana unciam ſemis,
Nihili albi
Tutiæ præparatæ ana drachmas duas,
Myrrhæ
Maſtichis
Olibani ana drachmam unam,
Aloes

Aloes hepaticæ
Nitri depurati
Camphoræ ana drachmam ſemis,
Ceræ cum ſevo hircino & terebinthina liquatæ & ab igne remotæ reliqua pulveriſata admiſceantur, ut fiat, lege artis, emplaſtrum.

Ad ulcera fœtida & excœſa, inflammationes, ambuſta, tumores, & vulnera â Mynſichto recommendatur.

EMPLASTRUM SPERMATIS CETI.

℞. Ceræ albæ uncias ſedecim,
Spermatis ceti uncias octo,
Gummi galbani in vino ſoluti & inſpiſſati uncias quatuor,
Olei amygdalarum dulcium uncias duas,
Sperma ceti cum oleo ſolvatur, & liqueſcat cum cera, ſemirefrigeratis addatur galbanum, & fiat emplaſtrum.

Mammis puerperarum non lactantium poſt partum impoſitum, & aliquamdiu geſtatum tumores lactis, dolores, ſcrophulas, imò & ſtrumas tollit, quo affectu & lactantibus confert, tuſſis aſperitatem quoquè lenit.

EMPLASTRUM SPERMATIS RANARUM.

℞. Olei ſpermatis ranarum
Ceruſſæ albæ ana libras ſex,
Coquantur ad conſiſtentiam inſpergendo aceti deſtillati quantum ſatis, in fine addantur
Camphoræ unciæ duæ,
Et ſic paretur emplaſtrum.

In inflammationibus & doloribus, ulceribus antiquis & contumacibus cum fructu adhibetur.

EMPLASTRUM SPLENETICUM.

℞. Gummi ammoniaci in aceto ſquillitico ſoluti libram unam,
Succi tabaci uncias quatuor,
Ebuli
Reſinæ pini
Terebinthinæ claræ
Olei de capparibus ana uncias tres,
Ceræ uncias ſex,
Succi cum oleo coquantur ad humidi conſumptionem, quibus cera, reſina & terebinthina liquata & colata, tum ammoniacum ſolutum & inſpiſſatum addantur, & fiat, lege artis, emplaſtrum.

Ad ſuccum melancholicum in liene ſtagnantem reſolvendum, ejusquè ſcirrhum emolliendum & reſolvendum summoporè recommendatur.

EMPLASTRUM STOMACHICUM.

℞. Pulveris gummi tacamahacæ
Maſtichis ana uncias tres,
Nucis moſchatæ
Caryophyllorum
Baccarum lauri
Herbæ abſynthii
Menthæ ana unciam unam,

Terebinthinæ claræ uncias quatuor,
Ceræ citrinæ libram unam ſemis,
Olei cydoniorum uncias ſex,
Miſceantur, lege artis, in emplaſtrum.

EMPLASTRUM STOMACHICUM PRETIOSUM.

℞. Gummi tacamahacæ
Ladani ana libram unam,
Maſtichis electæ uncias quatuor,
Pulveris caryophyllorum unciam unam,
Ceræ citrinæ uncias octo,
Olei maſtichis
Terebinthinæ claræ ana uncias quatuor,
Malaxentur cum
Balſami peruviani uncia una ſemis,
Addantur
Olei deſtillati nucis moſchatæ
Menthæ ana drachma una ſemis,
Fiatquè, lege artis, emplaſtrum.

Utrumquè hoc emplaſtrum in indigeſtione, diarrhæis & conſimilibus affectibus ventriculo applicatum confert.

EMPLASTRUM AD STRUMAS.

℞. Emplaſtri diachyli cum gummatibus
Gummi galbani aceto ſoluti ana uncias quatuor,
Picis navalis
Pulveris radicis ſcrophulariæ ana unciam unam,
Magnetis arſenicalis unciam ſemis,
Florum ſalis armoniaci martialium drachmas tres,
Miſceantur, & fiat emplaſtrum.

Cujus virtutes nomen impoſitum patefacit.

EMPLASTRUM STYPTICUM.

℞. Minii
Lapidis calaminaris
Lithargyrii ana uncias octo,
Mumiæ
Magnetis
Lapidis hæmatitis ana unciam unam ſemis,
Gummi opopanacis depurati
Galbani depurati
Sagapeni depurati
Ammoniaci depurati
Bdellii ana uncias tres,
Succini citrini
Olibani
Myrrhæ electæ
Aloes hepaticæ
Ariſtolochiæ rotundæ
Sanguinis draconis
Terræ ſigillatæ rubræ
Vitrioli albi
Camphoræ ana unciam unam,
Florum antimonii
Croci martis adſtringentis ana drachmas duas,
Olei lini libras duas,

Oli-

Olivarum libram unam ſemis,
Laurini libram ſemis,
Ceræ
Colophoniæ ana libram unam,
Terebinthinæ claræ libram ſemis,

Oleum lini & olivarum cum lithargyrio coquantur, dein addatur lapis calaminaris, poſtea minium, & coquantur ad debitam conſiſtentiam, dein addantur oleum laurinum, cera & colophonia invicem liquata & colata, & ſemirefrigeratis admiſceantur opopanax, galbanum, ſagapenum & ammoniacum cum terebinthina ſoluta, demum reliqui pulveres, ultimò camphora.

Vulnera recentia & ictus celeriter conſolidat, affluxiones humorum præcavet, ferrum, lignum, plumbum aliaquè membris profundiùs inhærentia extrahit, ulcera quoquè ſiccat & mundificat, & hæmorrhagias ſiſtit, Crollio ſic recommendante.

EMPLASTRUM DE TACAMAHACA.

℞. Gummi tacamahacæ uncias ſex,
Maſtichis uncias duas,
Styracis calamitæ unciam unam,
Olei maſtichini unciam unam ſemis,
Ceræ citrinæ uncias quatuor,
Terebinthinæ claræ unciam unam,

Miſceantur probè, & fiat, lege artis, emplaſtrum.

Stomachum roborat, appetitum excitat, concoctionem promovet, & flatus diſpellit.

EMPLASTRUM TRIAPHARMACUM.

℞. Minii ſubtiliſſimè pulveriſati
Aceti roſacei ana libram unam ſemis,
Olei roſarum libras duas,

Coquantur fortiter ad juſtam conſiſtentiam, addendo
Camphoræ unciam unam ſemis,

Fiatquè, lege artis, emplaſtrum.

Ulcera & fiſtulas potenter ſiccat, quemadmodum & parotidibus fiſtuloſis conducit.

EMPLASTRUM AD VERRUCAS ET CLAVOS PEDUM.

℞. Emplaſtri diachyli cum gummatibus uncias tres,
Viridis æris unciam ſemis,
Salis armoniaci drachmas tres,
Mercurii præcipitati rubri drachmas duas,
Olei euphorbii quantum ſatis,

Miſceantur in emplaſtrum.

Cujus virtutes inſcriptio indicat.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Cantharidum uncias quatuor,
Olibani
Myrrhæ
Maſtichis
Camphoræ ana unciam ſemis,

 Tere-

Terebinthinæ claræ
Olei roſarum ana uncias duas,
Ceræ citrinæ libram ſemis,

Liquetur cera & terebinthina cum oleo, refrigeratis camphora aliquot ſpiritûs vini guttis trita, tum reliqua pulveriſata addantur.

Magno in diverſis morbis eſt præſidio, humores enim peccantes potenter revellit, in bubonibus & carbunculis peſtilentialibus miasmata venenoſa ad exteriora provocat.

EMPLASTRUM AD ULCERA ANTIQUA.

℞. Olei lini libras quinque
Olivarum libram unam,
Minii libras tres,

Coquantur ſimul ad conſiſtentiam, in fine addantur

Ceræ citrinæ libræ duæ,
Pulveris radicis ireos florentinæ libra ſemis,
Olibani
Maſtichis ana unciæ tres,
Camphoræ uncia una ſemis,

Miſceantur, ut fiat, lege artis, emplaſtrum.

Vires ejusdem ab inſcriptione deſumuntur.

CLASSIS NONA.

DE EXTRACTIS Et Laudanis.

EXTRACTUM AGARICI COMPOSITUM.

℞. Extracti agarici ſimplicis uncias duas,
Rhabarbari unciam unam,
Olei macis
Aniſi ana guttas decem,

Miſceantur pro extracto.

Pituitam viſcidam ac craſſam è ventriculo, venis meſaraicis, hepate, liene, pulmonibus & utero expurgat, vermesquè inteſtinorum pellit.

EXTRACTUM SEU BALSAMUM ALOES.

℞. Aloes ſuccotrinæ quantum placet,

Redi-

Redigatur in pulverem, cui affundatur aqua pluvialis ad trium digitorum eminentiam, maceretur in loco calido ſæpiùs agitando, donec liquor ſufficienter ſaturatus fuerit, qui per inclinationem decantetur, novaquè aqua affundatur, toties repetendo, donec nullus ampliùs color extrahi appareat, tandem collecti liquores & filtrati, lege artis, ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſentur.

Cruditates & inde ortas putredines in ventriculo tollit, eundem roborat, alvumquè reddit lubricam.

EXTRACTUM AMARICANS.

℞. Radicis & herbæ cichorei
Summitatum chamædryos
Trifolii fibrini
Centaurii minoris
Cardui benedicti
Rhabarbari electi ana libram ſemis,
Salis tartari unciam ſemis,

Conciſa macerentur invicem in aqua pluviali, addendo in fine, conſervationis gratiâ, vini proportionatam quantitatem, & fiat, lege artis, extractum.

Cujus virtutes in febribus depellendis, ventriculo confortando, acrimoniâquè ſubducenda recommendantur.

EXTRACTUM CATHOLICUM.

℞. Colocynthidos uncias tres,
Agarici optimi
Scammonii
Hellebori nigri ana uncias duas,
Aloes ſuccotrinæ uncias quatuor,

Conciſa & contuſa macerentur ſufficienti quantitate ſpiritûs vini, loco calido, per dies aliquot, dein per inclinationem decantetur, reſiduum exprimatur, â liquore filtrato ſpiritus abſtrahatur, remanentia, lege artis, inſpiſſetur in extractum.

Humores in corpore peccantes univerſaliter hoc extractum expellit.

EXTRACTUM DIACARTHAMI.

℞. Seminis carthami uncias octo,
Myrobalanorum chebularum uncias ſex,
Radicis polypodii uncias quatuor,
Turbith reſinoſæ
Foliorum ſennæ ana uncias tres,
Rhabarbari electi uncias duas,
Agarici albiſſimi unciam unam ſemis,
Zinziberis albi unciam ſemis,

Inciſa & contuſa infundantur in ſpiritûs vini ſufficienti quantitate per aliquot dies, ſpiritus tinctus decantetur, & filtretur. Species remanentes ad extrahendas particulas terreſtres fortiter cum aqua fontana coquantur, & in hujus decocti colatura clarificata diſſolvantur

Mannæ electæ unciæ quinque,

Dein inſpiſſetur ſuperior ſpiritus tinctus cum hoc decocto ad mollioris extracti conſiſtentiam, in fine addendo

Diagrydii ſulphurati oleo amygdalarum dulcium ſubacti drachmas decem,

Et ſic habetur paratum extractum potionibus admiſcendum, pro pillulis autem omittatur manna, & inſpiſſetur ad duriorem conſiſtentiam. Hæc methodus etiam obſervanda in aliis extractis, quorum ingredientia meris particulis terreſtribus conſtant, ut poſt infuſionem cum ſpiritu vini factam, remanentes ſpecies aquâ excoquantur.

Caput, ventriculum & reliqua viſcera deobſtruit & mundificat, dum humores ſeroſos blandè ſubducit.

EXTRACTUM EMENAGOGUM.

℞. Extracti ſabinæ
Matricariæ
Artemiſiæ ana unciam unam,
Myrrhæ drachmas duas,
Croci drachmam unam ſemis,
Caſtorei drachmam unam,
Fæcularum bryoniæ
Florum ſalis armoniaci martialium ana drachmam unam ſemis,
Balſami aloetici unciam unam,

Miſceantur probè invicem, & redigantur in extractum.

Ad menſes & ſecundinam ut & lōchia promovenda inſignis virtutis deprehenditur.

EXTRACTUM FEBRIFUGUM.

℞. Corticis peruviani
Caſcarillæ ana uncias quatuor,
Herbæ trifolii fibrini
Centaurii minoris
Radicis gentianæ ana uncias duas,
Serpentariæ virginianæ unciam unam,
Salis tartari unciam ſemis,

Cum ſufficienti quantitate vini fiat, lege artis, extractum.

Vires ipſi inſcriptioni correſpondent.

EXTRACTUM HYDRAGOGUM.

℞. Succi inſpiſſati bryoniæ
Ireos noſtratis
Elaterii ana uncias duas,

Liqueſcant probè mixta modicâ ſpiritûs vini rectificati quantitate, dein addantur

Magiſterii ialappæ oleo amygdalarum dulcium ſubacti
Gummi guttæ ana uncia una,
Tartari vitriolati uncia ſemis,
Olei aniſi drachma una,

Ex quibus mixtis fiat extractum.

Quod ſpecificas virtutes ſuas in hydrope & analogis affectibus demonſtrat.

EX-

EXTRACTUM SEU LAUDANUM CÆSAREUM COMPLETUM, ETIAM NEPENTHES DICTUM.

℞. Extracti opii correcti uncias tres,
Croci unciam unam,
Croci ſolis drachmam unam,
Margaritarum orientalium unciam ſemis,
Unicornu veri
Coralliorum rubrorum ana drachmas duas,
Olei Caryophyllorum
Cinnamomi
Macis
Citri
Succini ana ſcrupulum ſemis,
Ambræ gryſeæ
Moſchi ana drachmam ſemis,

Miſceantur omnia, & fiat, lege artis opiatum ad extracti conſiſtentiam.

EXTRACTUM SEU LAUDANUM CÆSAREUM INCOMPLETUM.

Pariformiter paratur, niſi quod ambra & Moſchus omittantur.

Vires utriusquè hujus laudani in affectibus cerebri & cordis dilaudantur, dum refocillantibus, & ſpiritus confortantibus opus eſt.

EXTRACTUM SEU LAUDANUM CYDONIATUM.

℞. Succi cydoniorum recenter expreſſi libras ſex,
Opii crudi in taleolas minimas inciſi libram ſemis,

Digerantur leni calore ad totalem extractionem, fæcibus dein ſubſidentibus liquor clarus effundatur, filtretur, inſpiſſetur, ex poſt addatur

Olei deſtillati cinnamomi
Caryophyllorum
Macis ana ſcrupulus ſemis,

Pareturquè taliter, lege artis, extractum.

In vomitu, diarrhæis, & ſingultu dolores lenit, & blandè ſubadſtringit.

EXTRACTUM SEU LAUDANUM DIURETICUM.

℞. Succi liquiritiæ in aqua alkekengi ſoluti unciam unam ſemis,
Baccarum alkekengi
Terebinthinæ coctæ ana unciam ſemis,
Camphoræ
Croci auſtriaci ana ſcrupulos quatuor,
Gummi tragacanthi
Maſtichis
Laudani opiati ana drachmam unam ſemis,

Miſceantur, &, lege artis, fiat laudanum.

Miras urinam pellendi vires huic extracto ineſſe comprehenditur, dolores quoque ſiſtit.

EXTRACTUM SEU LAUDANUM HYSTERICUM.

℞. Extracti opii unciam ſemis,
Caſtorei drachmam unam,
Croci
Salis perlarum
Coralliorum ana ſcrupulum unum,
Fœcularum bryoniæ drachmam ſemis,
Olei macis
Menthæ
Rutæ ana guttas ſex,
Miſceantur, ut fiat laudanum.

Cujus virtutes ab ipſo nomine deſumendæ ſunt.

EXTRACTUM SEU LAUDANUM OPIATUM COMPLETUM.

℞. Opii thebaici optimi unciam unam,
Succi radicis hyoſcyami albi inſpiſſati unciam ſemis,
Spiritûs vini rectificati ad trium digitorum eminentiam,
Digerantur per aliquot dies ſæpiùs quotidie agitando, tum filtrentur, & abſtrahatur lento igne ſpiritus vini, ut craſſamentum in fundo remaneat, cui addantur
Coralliorum rubrorum præparatorum
Margaritarum præparatarum
Succini præparati
Extracti croci
Ambræ gryſeæ ana ſcrupulus unus,
Moſchi orientalis ſcrupulus ſemis,
Fiat taliter, lege artis, laudanum.

Stupendum in mitigandis acutiſſimis doloribus effectum præſtat.

EXTRACTUM SEU LAUDANUM OPIATUM INCOMPLETUM.

Paratur eodem modo, quo præcedens, ſolis moſcho & ambrâ ommiſſis, polletquè iisdem viribus.

EXTRACTUM MARTIS POMATUM.

℞. Tincturæ martis cum ſucco pomorum factæ quantum lubet, evaporet, lege artis, leni calore ad extracti conſiſtentiam.

Vires ſunt incidentes, attenuantes, craſſum viſcidumquè lentorem reſolventes.

EXTRACTUM MAROCOSTINUM.

℞. Aloes ſuccotrinæ uncias duas,
Rhabarbari electi drahmas ſex,
Gummi ammoniaci drachmas tres,
Myrrhæ electæ
Coſti amari

Aga-

Agarici ana drachmam unam ſemis,
Mari veri
Croci ana drachmam unam,
Inciſa & contuſa miſceantur, & cum ſpiritûs vini ſufficienti quantitate fiat extractum.

Morbis â cruditatibus, corruptione & putredine humorum ortis opitulatur.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Scammonei uncias duas,
Rhabarbari electi
Seminis ebuli ana unciam unam ſemis,
Colocynthidos uncias duas ſemis,
Agarici albi uncias duas,
Turbith albi
Hermodactilorum ana drachmas decem,
Hellebori nigri unciam unam,
Foliorum ſennæ uncias quatuor,
Spiritûs vini quantum ſatis,
Inciſa & contuſa miſceantur, & infundantur loco calido, tum colentur, & exprimantur, in expreſſo diſſolvatur
Aloes ſuccotrinæ libra ſemis,
Filtretur, & ſpiritum vini abſtrahendo fiat, lege artis, extractum.

Omnes humores peccantes, & in diſſitis membris hærentes è corpore eliminat.

EXTRACTUM POLYCHRESTUM.

℞. Pulpæ colocynthidos uncias quatuor drachmas ſex,
Turbith uncias quatuor ſemis,
Cardamomi
Cubebarum ana unciam unam,
Inciſa infundantur per tres vices in ſpiritu vini rectificato, abſtrahatur ſpiritus, & remanentiæ ſerventur.

℞. Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus uncias octo,
Rhabarbari electi uncias novem,
Herbæ epithymi
Spicæ indicæ ana unciam unam,
Croci auſtriaci drachmas duas,
Irrorentur oleo tartari, & aquâ fumariæ extrahatur tinctura, toties repetendo, donec non ampliùs tingat.

℞. Florum roriſmarini
Liliorum convallium
Paralyſeos ana drachmas quinque,
Corticum citri
Aurantiorum ana drachmas ſex,
Specierum pro aqua ſeu elixirio vitæ libram unam,
Inciſa irrorentur oleo tartari, & in vini & aquæ anatica portione decoquantur, donec nulla amplius tinctura extrahatur, in hoc decocto diſſolvatur
Aloes roſatæ libra una,
Omnes prænominatæ ſpecies re-

manentes coquantur de novo, ut prius, & exprimantur, in hoc decocto clarificentur

Mannæ electæ unciæ ſeptem,

His duobus decoctis leniter ad conſiſtentiam inſpiſſatis admiſceantur ſucceſſivè ſuperiores extractiones, & addendo ſeorſim pulveriſata

Salis abſynthii
Coralliorum
Vitrioli martis ad albedinem calcinati
Maſtichis electæ
Myrrhæ rubræ ana drachmas ſex,
Magiſterii ſcammonei libram ſemis,
Jalappæ uncias tres,
Tincturæ coralliorum drachmas ſex,

Fiat extractum.

Quod extractum tanquam ſibi olim ſecretum in memoriam nobis reliquit Famoſus Electoris Palatini Archiater, tum factus Capucinus R.P. Emericus, qui hìc Viennæ in novi fori monaſterio 14. Auguſti anno 1690. ſupremum diem obiit.

Ob inſignes virtutes viſcera interna roborandi, obſtructiones, lentoremquè impactum reſolvendi, & humores peccantes per alvum blandè ſubducendi hoc extractum impoſito nomine inſignitum eſt.

EXTRACTUM THERIACALE.

℞. Remanentiæ de ſpiritu theriacali novus ſuperaffundatur ſpiritus vini, digeratur, exprimatur & filtretur, tandem, lege artis, ad extracti conſiſtentiam reducatur.

Virtutes ſunt alexipharmacæ, ſudorem & urinam moventes, cor autem roborantes.

EXTRACTUM SEU THERIACA COELESTIS.

℞. Extracti opii uncias ſex,
Croci
Myrrhæ ana unciam unam,
Angelicæ
Imperatoriæ
Gentianæ
Ariſtolochiæ rotundæ
Tormentillæ
Calami aromatici
Zedoariæ
Cardui benedicti
Rutæ
Scordii ana unciam ſemis,
Caſtorei drachmas duas,
Bezoar orientalis
Pulveris viperarum ana unciam ſemis,
Cornu cervi philoſophici
Cinnabaris antimonii præparatæ ana drachmas ſex,
Succini præparati unciam ſemis,
Olei macis
Nucis moſchatæ
Angelicæ ana deſtillati drachmam unam,
Camphoræ drachmas tres,

Ex his commixtis fiat, cum ſpiritu theriacali, extractum.

Vir-

Virtutes ſunt anodynæ & diaphoreticæ pluribus in morbis.

EXTRACTA SIMPLICIA IN NOSTRIS OFFICINIS PROSTANT:

Extractum Abſynthii,
Agarici,
Agrimoniæ,
Alchimillæ,
Alkekengi,
Aloes ligni,
Angelicæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Artemiſiæ,
Bellidis,
Biſtortæ,
Calami aromatici,
Cardui benedicti,
Caſcarillæ,
Caſtorei,
Centaurii minoris,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Chelidoniæ,
Chinæ chinæ,
Chinæ radicis,
Cichorei,
Colocynthidos,
Croci,
Doronici,
Elaterii,
Enulæ,
Eſulæ,
Farfaræ,
Foliorum ſennæ,
Fumariæ,
Gentianæ,
Granorum actes,
Hederæ terreſtris,
Extractum Hellebori nigri,
Hermodactilorum,
Hyoſcyami,
Jalappæ,
Imperatoriæ,
Iridis noſtratis,
Ligni ſancti,
Liliorum convallium,
Liquiritiæ,
Matricariæ,
Mechoacannæ,
Meliſſæ,
Myrrhæ,
Nicotianæ,
Opii,
Papaveris erratici,
Pimpinellæ,
Pini,
Plantaginis,
Pœoniæ,
Pulegii,
Rhabarbari,
Rutæ,
Sabinæ,
Saponariæ,
Sarſaparillæ,
Saſſafras,
Scordii,
Tormentillæ,
Trifolii fibrini,
Turbith,
Valerianæ,
Verbenæ,
Veronicæ,
Virgæ aureæ,
Viſci quercini,
Zedoariæ.

Simplicia hæc extracta parantur quædam ex ſuccis herbarum depuratis, quædam per decoctio-

nem aquæ fontanæ, præſertim ea, quæ fiunt ex radicibus & herbis ſiccis, addendo ſemper circa finem proportionatam ſpiritûs vini quantitatem conſervationis gratiâ, reſinoſa verò cum ſpiritu vini binis vicibus extrahuntur, fitquè abſtractio ad extracti conſiſtentiam, quæ virtutes ingredientis præſeferunt.

CLASSIS DECIMA.

DE

OLEIS COCTIS

Compoſitis & ſimplicibus, oleis per deliquium, deſtillatis & expreſſis.

OLEA COCTA.

OLEUM ACOUSTICUM AMBRATUM.

℞. Millepedum vivorum
Cœparum ana unciam unam,
Fellis carpionum recentis
Herbæ rutæ recentis
Majoranæ recentis
Radicis cyclaminis ana unciam ſemis,
Hellebori albi
Caſtorei ana drachmam unam,
Styracis drachmas duas,
Croci auſtriaci drachmam ſemis,
Olei amygdalarum amararum uncias ſex,
Formicarum
Nardini ana uncias quatuor,
Coquantur in
Vini generoſi libra ſemis,
Ad conſumptionem humidi, colaturæ addantur
Olei aniſi
Anthos ana drachma ſemis,
Ambræ ſcrupuli duo,
Præparatur etiam ſine ambra.

In ſurditate, auditûs gravitate, & tinnitu conducit, aurium apoſtemmata rumpit, & ulcera manantia curat.

OLEUM

OLEUM ARANEARUM.

℞. Olei nymphææ
Lumbricorum terreſtrium ana uncias ſex,
Hyperici uncias duas,
Foliorum rutæ
Florum ſambuci ana recentium unciam unam,
Aceti roſacei
Calendulæ ana uncias tres,
Aranearum craſſarum numerô quadraginta quinque,

Decoquantur omnia ad humidi conſumptionem, colentur, & exprimantur, in colatura infundantur rurſus
Araneæ craſſæ numerô viginti quinquè,
Camphoræ drachma ſemis,

Digerantur, colentur, & ſervetur uſui.

In febribus malignis & petechiis regio cordis & arteriæ ad malignitatem evocandam illiniuntur.

OLEUM DE CAPPARIBUS.

℞. Corticis radicum capparum uncias tres,
Tamariſci
Foliorum tamariſci
Seminis agni caſti
Ceterach
Cyperi rotundi ana drachmas ſex,
Rutæ drachmas tres,

Miſceantur contuſa, & irrorentur aceto, tum addantur
Olei olivarum libræ tres,

Coquantur ad conſumptionem humidi, colentur, & exprimantur.

Obſtructiones lienis, ejusquè duros & ſcirrhoſos tumores tollit.

OLEUM CASTOREI.

℞. Caſtorei unciam ſemis,
Styracis calamitæ
Gummi galbani
Euphorbii
Caſſiæ ligneæ veræ
Croci auſtriaci
Opopanacis
Cubebarum
Spicæ nardi indicæ
Coſti ana drachmas duas,
Cyperi rotundi
Schænanthi
Piperis longi
Nigri
Herbæ ſabinæ
Radicis pyrethri ana drachmas duas ſemis,

Irrorentur vini generoſi ſufficienti quantitate, tum addantur
Olei libræ tres,

Et in vaſe benè clauſo per aliquot dies calore arenæ digerantur, dein coletur oleum.

Cerebri, nervorumquè affectibus frigidis, tetano, paralyſi, convulſionibus, tremori, rigoriquè febrili ſubvenit, ſpinâ dorſi illinitâ.

OLEUM DIACOLOCYNTHIDOS.

℞. Olei abſynthii
Rutæ
Fellis bubuli ana uncias quatuor,
Pulpæ colocynthidos
Hellebori nigri ana unciam unam,
Coquantur ad humidi conſumptionem, &, lege artis, coletur oleum.

Umbilico illinitum alvum adſtrictam ſolvit, vermes pariter necat & ſubducit.

OLEUM GONZAGIANUM.

℞. Florum ſulphuris uncias tres,
Myrrhæ rubræ
Mumiæ veræ ana unciam unam,
Axungiæ ſerpentum unciam unam ſemis,
Indantur vaſi vitreo, & affundatur oleum terebinthinæ ad trium digitorum eminentiam addendo
Olei benzoes deſtillati drachmas duas,
Stent per octiduum in digeſtione, dein forti expreſſione coletur, & ſervetur oleum.

In contuſionibus, iisquè affectibus, ubi ſanguis extravaſatus ſtagnationem procuravit, reſolvit, digerit, & ad circulationem reducit.

OLEUM HABACUCINUM.

℞. Herbæ abſynthii recentis
Tamariſci
Scolopendrii ana uncias duas,
Radicis dictamni albi
Gentianæ ana uncias tres,
Amygdalarum amararum
Nucleorum perſicorum ana unciam unam ſemis,
Seminis cynæ
Herbæ corallinæ ana uncias quatuor ſemis,
Colocynthidos
Corticum aurantiorum
Citri ana unciam unam,
Succi abſynthii
Citri
Aceti fortis ana uncias quatuor ſemis,
Inciſa miſceantur, & macerentur per aliquot dies, dein addantur
Olei olivarum libræ quinquè,
Fellis taurini numerô tria,
Bulliant ad conſumptionem humiditatis, dein admiſceantur
Picis navalis libra ſemis,
Aloes ſuccotrinæ unciæ duæ,
Theriacæ andromachi drachmæ decem,
Olei ſpicæ uncia una ſemis,
Petræ unciæ quatuor,
His benè ſolutis & digeſtis coletur oleum.

Hoc oleo inuncta regio umbilicalis alvum reddit lubricam, vermes necat & expellit.

OLEUM

OLEUM HEPATICUM RUBRUM.

℞. Herbæ hepaticæ nobilis
Matriſylvæ
Euphraſiæ paluſtris cæruleæ
Florum papaveris erratici ana unciam ſemis,
Roſarum rubrarum unciam unam,
Herbis ſine ſtipitibus addantur
Radicis anchuſæ inciſæ & vino irroratæ unciæ duæ ſemis,
Infundantur dein in
Olei olivarum libra una ſemis,
Dein addatur
Santali rubri pulveriſati prius per noctem in aceto vini infuſi uncia una ſemis,
Fricentur in ſartagine ſuper ignem, & coquantur, fiatquè expreſſio per linteum.

Inflammationem hepatis mediante inunctione potenter minuit.

OLEUM AD HERNIAS.

℞. Lacertarum vivarum numerò quadraginta,
Lumbricorum terreſtrium recentium libram unam,
Aſellorum recentium uncias tres,
Florum chamæmeli
Sambuci ana unciam unam,
Coquantur ad conſumptionem humidi cum
Axungiæ urſi libris duabus,
Exprimantur fortiter, dein addantur
Olei ovorum unciæ tres,
Et ſervetur uſui.

Quod hernioſis ſummè proficuum eſt.

OLEUM HYPERICI.

℞. Florum hyperici ad maturitatem ſeminis ferè accedentium contuſorum libras tres,
Croci auſtriaci ſcrupulos quatuor,
Olei clari libras tres,
Macerentur, tum bulliant ad humidi conſumptionem, ex poſt exprimantur, expreſſum, lege artis, commiſceatur cum
Terebinthinæ claræ libra una,
Et ſervetur uſui.

Dolores arthriticos, podagricos, iſchiaticos & varicoſos calefaciendo mitigat, nervis & epilepſiæ ſubvenit, vulnera glutinat, & cicatriſat.

OLEUM LACERTARUM.

℞. Olei nucum juglandium recenter expreſſi libras tres,
Quibus immergantur
Lacertarum viridium numerô viginti quinquè,
Suffocentur, & ſtent per tempus in digeſtione ſolis calore, tum colentur.

Strumis, ſcrophulis & herniis reſolvendis conducit, capillos quoque auget.

OLEUM MASTICHINUM AUREUM.

℞. Herbæ rutæ
Menthæ hortenſis
Abrotani
Menthæ ſaracenicæ ana recentium uncias duas,
Spicæ indicæ unciam ſemis,
Olei olivarum libras tres,
Inciſa coquantur ad humiditatis conſumptionem, in colatura diſſolvatur
Maſtichis electæ libra ſemis,
Dein reiteratæ colaturæ poſt refrigerationem addatur
Olei deſtillati nucis moſchatæ
Caryophyllorum
Macis
Menthæ ana drachma ſemis,
Cinnamomi ſcrupulus unus,
Miſceantur, & ſervetur oleum uſui.

Ventriculum & inteſtina calefacit, concoctionem promovet, tormina quoquè in diarrhæis ſalubriter mitigat.

OLEUM NARDINUM COMPOSITUM.

℞. Spicæ indicæ uncias tres,
Herbæ majoranæ uncias duas,
Radicis enulæ
Calami aromatici
Cyperi rotundi
Macis
Foliorum lauri
Schænanthi
Cardamomi ana unciam ſemis,
Contuſa miſceantur, & affundantur
Vini albi unciæ octo,
Poſt aliqualem macerationem cum
Olei olivarum libris ſex,
Lege artis, oleum excoquatur, & coletur.

Cerebri & nervorum affectibus ſubvenit, ventriculum roborat, concoctionem promovet, & thoracis ac pulmonum ulceribus medetur.

OLEUM SAMPSUCHINUM, SIVE MAJORANÆ COMPOSITUM.

℞. Foliorum majoranæ uncias duas,
Serpilli unciam unam,
Myrti unciam ſemis,
Menthæ aquaticæ
Abrotani ana drachmas duas,
Caſſiæ ligneæ veræ uncias duas,
Olei olivarum libras tres,
Conciſis & contuſis affundatur oleum, & vaſe benè clauſo, ſolis aut alio calore macerentur per octiduum, dein exprimantur.

Cerebro & nervis prodeſt, paralyſi & convulſionibus medetur, ſpinâ inunctâ, menſes, ſecundinas & partus promovet, uteri ſuffocationi, & ſcorpionum morſibus opitulatur.

OLEUM SCORPIONUM MAGNUM.

℞. Summitatum hyperici recentium libram ſemis,
Herbæ

Herbæ ſcordii recentis drachmas ſex,
Calaminthæ
Cardui benedicti ana recentium unciam ſemis,
Coquantur conciſa in
Olei olivarum libris tribus,
Ad humidi conſumptionem, in colatura infundantur contuſa groſſo modo
Radicis zedoariæ
Dictamni albi
Gentianæ
Ariſtolochiæ rotundæ ana drachmæ tres,
Cinnamomi drachmæ ſex,
Schænanthi
Croci auſtriaci ana drachma una,
Baccarum juniperi
Styracis
Benzoes
Myrrhæ
Theriacæ
Mithridatii ana uncia ſemis,
Scorpionum vivorum numerô trecenti,
Macerentur vaſe probè clauſo, poſtea coletur, &, lege artis, exprimatur oleum.

In febribus malignis, peſte, ejusquè bubonibus, uti & morſu animalis venenati prodeſt hoc oleum, ſi morſui & bubonibus, in prioribus verò, ſi pulſibus, cordi & temporibus illiniatur.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

℞. Scorpionum vivorum numerô centum,
Olei amygdalarum amararum libras duas,
Macerentur in vaſe vitreo benè clauſo per menſem loco calido, tum colentur, & oleum ſervetur uſui.

Alexipharmacum deprædicatur pulſibus & cordi illinitum, urinam verò, calculumquè pellit regioni renum, veſicæ & pubis illinitum, quamvis pro hoc ultimo affectu â quibusdam etiam internè adhibeatur.

OLEUM SEPTEM FLORUM.

℞. Florum violarum
Sambuci
Roſarum
Chamæmeli
Liliorum alborum
Verbaſci
Malvæ arboreæ rubræ ana recentium libram ſemis,
Infundantur ſinguli flores ſuo tempore in
Olei olivarum libris ſex,
Digerantur tam diu, donec omnes flores ſuo tempore collecti fuerint, ut perfecta maceratio fiat, dehinc ſimul fiat decoctio ad humidi conſumptionem, & peractâ forti expreſſione habebitur oleum.

Anodynum deprædicatur, capitis dolores, phreneſin & vigilias fronti & temporibus impoſitum mitigat, hypochondriorum, ventriculi, coli & uteri tenſiones relaxat, pleuritidi, tabi & hecticæ medetur.

Ll OLE-

OLEUM STOMACHICUM.

℞. Gummi maſtichis uncias tres,
Tacamahacæ
Ladani ana uncias duas,
Styracis unciam unam,
Vini generoſi libram ſemis,
Olei abſynthii libras tres,
Stent in digeſtione per viginti quatuor horas, dein coquantur, colaturæ addatur
Olei nucis moſchatæ expreſſi uncia una ſemis,
Et ſervetur uſui.

In doloribus ventriculi, flatibus & conſimilibus affectibus prodeſt.

OLEUM VIRIDE.

℞. Herbæ & radicis valerianæ recentis
Cardui benedicti recentis
Numulariæ recentis
Betonicæ
Anethi
Summitatum hyperici cum floribus
Centaurii minoris cum floribus
Tritici
Baccarum juniperi viridium ana uncias duas,
Inciſa & contuſa ſuo tempore infundantur in
Vini albi libris ſex,
Dein addantur
Olei olivarum libræ duodecim,
Et coquantur ad conſumptionem humiditatis, colaturæ admiſceantur invicem ſoluta
Olibani electi
Maſtichis ana libra ſemis,
Terebinthinæ claræ libra una,
Et ſic paretur oleum.

Ad contuſiones, obſtructionesquè reſolvendas externo, pulmonum aliorumquè viſcerum exulcerationes interno uſu celebratur.

DE OLEIS COCTIS SIMPLICIBUS PROSTANT:

Oleum Abrotani,
Abſynthii,
Anagallidis,
Anethi,
Chamæmeli,
Cheyrinum,
Conſolidæ majoris,
Cydoniorum,
Euphorbii,
Formicarum,
Irinum ex radice & floribus,
Liliorum alborum,
Lumbricorum terreſtrium,
Majoranæ,
Maſtichis,
Menthæ,
Momordicæ,
Myrtillorum,
Nymphææ,
Palmarum,
Ranarum,
Roſarum,
Rutæ,
Sambuci,
Saniculæ,
Spermatis Ranarum,
Tamariſci,

Oleum

Oleum verbaſci,
Violarum.

Parantur hæc olea ſimpliciter, lege artis, cum oleo olivarum, & virtutes ſimplicium in ſe continent.

OLEA PER DELIQUIUM.

OLEUM MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ pulveriſatæ quantum lubet,

Imponatur albumini ovi cocti adhuc calido, & reponatur in cellam ad liqueſcendum; vel: mixta cum eodem albumine myrrha reponatur ſupra tabulam vitream, ut liqueſcat, & deſtilletur in vitrum ſuppoſitum.

Cutis maculas, & luis venereæ ſtigmata abſtergit.

OLEUM TARTARI.

℞. Tartari calcinati, vel ſalis tartari quantum placuerit,

Fluat per manicam hippocratis loco humido, & ſic paratum eſt oleum.

Digerit, incidit & aperit, hinc hypochondriacis & nephriticis ſalutare.

OLEA DESTILLATA.

OLEUM ABROTANI.

℞. Summitatum abrotani ad ſeminis maturationem accedentium, quantum placet, incidantur, contundantur, & cum aqua tepida infundantur, inſpergendo ſalis communis quantum ſatis, ſtent in olla benè tecta per aliquot dies ad macerationem, tum deſtillentur per veſicam, & prodibit oleum cum aqua, â qua oleum ſeparetur;

Eodem modo parantur:

Oleum Abſynthii,
Chamæmeli,
Chærefolii,
Hyſſopi,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Menthæ,
Origani,
Pulegii,
Rorismarini,
Roſarum verum,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ,
Satureiæ,
Serpilli,
Spicæ,
Tanaceti,
Thymi,

OLEUM AMMONIACI GUMMI.

℞. Gummi ammoniaci libram unam,
Silicum calcinatorum libram unam ſemis,

Deſtillentur per retortam vitream in arena, liquore ſeparato, oleum, quod prodiit, lege artis, rectificetur.

Simili proceſſu deſtillantur:

Oleum Benzoes,
Galbani,
Fuliginis,
Maſtichis,
Myrrhæ,
Olibani,
Opopanacis,
Picis,
Pini,
Sagapeni,
Styracis,
Succini albi,
Citrini.

OLEUM ANETHI EX SEMINE.

℞. Seminis anethi libras ſex,
Contuſa infundantur aquâ fontanâ ad aliqualem macerationem, additâ ſalis communis ſufficienti quantitate, deſtilletur per veſicam, &, lege artis, oleum ſeparetur.

Pari modo ſolent deſtillari:

Oleum angelicæ ex ſemine,
Aniſi ex ſemine,
Carvi ex ſemine,
Coriandri ex ſemine,
Cumini ex ſemine,
Fœniculi ex ſemine,
Juniperi ex baccis,
Lauri ex baccis,
Nigellæ ex ſemine,
Petroſelini ex ſemine.

OLEUM ANTIMONII.

Idem eſt quod butyrum antimonii.

OLEUM AURANTIORUM è CORTICIBUS.

℞. Corticum exteriorum de pomis aurantiis recentium & non putridorum quantum placet,
Incidantur, & absquè maceratione, quæ quidem copioſius, ſed deterius oleum ſuppeditaret, cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate deſtillentur per alembicum, & oleum, lege artis, ſeparetur.

Tali modo Paratur

Oleum Citri è corticibus.

OLEUM BUXI LIGNI.

℞. Buxi ligni raſpati quantum placet,
Deſtilletur per retortam, ſeparetur oleum â ſpiritu, & rectificetur.

Hac methodo deſtillantur:

Oleum guaiaci ex ligno ejus,
Juniperi ex ligno.

OLEUM CALAMI AROMATICI.

℞. Radicum calami aromatici quantum lubet,
Incidantur & aliquamdiu in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate macerentur, dein per alembicum convenienti igne deſtillentur, &, lege artis, oleum ſeparetur.

Pariformiter parantur:

Oleum cardamomi,
Caryophyllorum,

Ole-

Oleum cinnamomi,
Cubebarum,
Ligni rhodii,
Ligni ſaſſafras,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Piperis,
Zedoariæ.

OLEUM CAMPHORÆ.

℞. Camphoræ libram ſemis,
Argillæ libram unam ſemis,

Miſceantur exactè, & in arena leni igne per retortam deſtillentur, ubi cum phlegmate aſcendens oleum, lege artis, ſeparetur. Paratur pro uſu externo etiam oleum camphoræ ex camphora ſoluta in oleo amygdalarum dulcium.

OLEUM CARMINATIVUM.

℞. Olei deſtillati ſeminis cumini unciam unam,
Fœniculi
Aniſi
Carvi ana drachmas duas,
Anethi
Corticum aurantiorum
Chamæmeli ana drachmam unam,

Miſceantur, & uſui ſerventur.

Hyſtericas, melancholicas, & hypochondriacas paſſiones tollit, flatus diſcutit, dolores quoquè ventriculi & inteſtinorum ſedat.

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ flavæ puræ libram unam,
Arenæ mundæ libras tres,

Mixta liquefiant, & formentur in globulos, indantur retortæ, dein deſtillentur, tandem additione cinerum, vel oſſium calcinatorum rectificetur per retortam, &, lege artis, ſeparetur oleum.

Tali norma paratur:

Oleum ſaponis.

OLEUM CORNU CERVINI.

℞. Cornuum cervi in fruſta conciſorum quantum placet,

Imponantur retortæ terreæ recipiente vitreo munitæ, & igne aperto per gradus ad ignitionem usquè aucto phlegma, ſal volatile, oleum & ſpiritus eliciatur, quæ omnia rectificando ſucceſſivè oleum, lege artis, ſeparetur.

Eadem methodo deſtillantur:

Oleum cranii humani,
Lumbricorum,
Sanguinis humani,
Serpentum,
Viperarum,
Ungulæ alcis.

OLEUM GALBANETUM PARACELSI.

℞. Gummi galbani libram unam,
Olei terebinthinæ claræ libras tres,

Miſceantur, digerantur, & deſtillentur per retortam, deſtillato addatur

Olei lavendulæ deſtillati uncia una,

Et ſervetur uſui.

Cephalicum eſt, & antinephriticum, contracturis quoquè medetur.

OLEUM LOIMICUM.

℞. Olei deſtillati camphoræ
Succini
Citri ana unciam unam,

Miſceantur pro uſu.

Virtutes hujus olei in peſte tanquam ſpecifici expertiſſimi deprædicat Heinſius.

OLEUM PHILOSOPHORUM, SEU DE LATERIBUS.

℞. Laterum groſſo modo contuſorum & ignitorum quantum placet,
Olei olivarum, quantum lateres imbibere poſſunt,

Ex retorta igne aperto per gradus aucto, lege artis, deſtillentur, oleum prodiens ſuper cineres rectificetur.

Ad lienis tumores reſolvendos, paralyſim, aſthma, & ſuffocationes hyſtericas conducit.

OLEUM SATURNI.

℞. Salis ſaturni chryſtallini uncias octo,

Immittantur phiolæ, & affuſis
Olei terebinthinæ claræ libris duabus,

Digerantur in arena, tincturaquè extrahatur, quæ ex retorta igne aperto deſtilletur, leni in principio igne, donec ſpiritus terebinthinæ prodierit, mutetur dein recipiens, & ignis, lege artis, augeatur per gradus, usquè dum totum oleum exierit.

In cancroſis, exedentibus & malignis ulceribus recommendatur.

OLEUM SULPHURIS.

℞. Spiritûs ſulphuris deſtillatio continuetur, ubi ultimâ ignis torturâ oleum prolicietur, advertendo, ut quando ſpiritus rubeus, id eſt: oleum venire incipit, prior ſpiritus antea ſeparetur.

In peſte, aſthmate & pectoris affectibus conducit.

In hunc modum etiam paratur:

Oleum vitrioli.

OLEUM TARTARI FOETIDUM.

℞. Tartari albi puri craſſiuſculè confracti, quantum placet,

Immittatur in retortam vitream, cujus tertia pars vacua maneat, collocetur in arenam, recipiente ſat capaci adaptato & probè lutato, ignis per gradus ſucceſſivè intendatur, usquè dum ſpiritus inſtar nebularum cum oleo egrediantur,

antur, ſeparentur invicem per filtrum prius aquâ humectatum, & ſuper cineres, lege artis, rectificetur oleum.

Oleum tartari pariter haberi poteſt ex fœcibus, dum ſal volatile tartari præparatur.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ lucidæ quantum lubet, in
Aquæ fontanæ larga quantitate,
Deſtillentur ex veſica lento igne, & prodibit phlegma cum oleo, quæ, lege artis, ab invicem ſeparentur.

Cuncta hæc olea deſtillata ſimpliciora principalis ſui virtutes ſecumferunt.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.

℞. Amygdalarum amararum non rancidarum, quantum placet,
Contundantur minutiſſimè, dein exprimantur.

Oleum hoc attenuat, digerit & incidit, aurium tinnitum, cutis maculas & aſperitates tollit, in ſtranguria & vermibus pubi illinitur.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

Fit eodem modo, quo præcedens, ſine igne.

Internè recens expreſſum & non rancidum ſumitur in pleuritide, nephritide, colica, ſtranguria, raucedine, tuſſi, aliisquè pectoris affectibus, tormina puerperarum & recens natorum ſiſtit, adhibetur & in clyſteribus ad alvum ſolvendam & inveteratas fœces emolliendas.

OLEUM HYOSCIAMI SEMINIS.

℞. Seminis hyoſciami quantum placet,
Contundatur parum, torretur & fortiter exprimatur.

Ad dolores ſiſtendos dilaudatum eſt anodynum.

Eodem modo exprimuntur:

Oleum ſeminis cannabini,
Seminis lini,
Seminis papaveris albi,
Seminum quatuor frigidorum majorum,
Seminis ſeſami,
Seminis ſinapis,
Et ex aliis ſeminibus.

Quæ olea virtutes ſimplicium æmulantur.

OLEUM NUCLEORUM PERSICORUM.

℞. Procedatur hoc oleum expri-

 men-

mendo, uti cum amygdalis factum.

Aurium, hæmorrhoidumquè dolores & tumores tollit, aſſumptum colicæ medetur.

Tali etiam modo parantur:

Oleum nucum avellanarum,
Nucum juglandium,

Quorum virtutes ſunt diſcutientes, colicam ſiſtentes, & cutaneos nævos abſtergentes.

OLEUM NUCUM MOSCHATARUM.

℞. Nucum moſchatarum quantum lubet,

Optimè contundantur, tum vino calido irrorentur, ex quibus dein, dum adhuc calent, lege artis, oleum exprimatur.

Ventriculum inunctum roborat, frigidam & humidam ejus intemperiem corrigit, genitalibus illinitum venerem ſtimulare perhibetur.

OLEUM OVORUM.

℞. Ovorum recentium, quantum placet,

Coquantur donec penitus indurentur, dein vitelli ex iis eximantur, & comminuti lentiſſimè aſſentur in ſartagine, donèc granuleſcant, tunc adhuc ferventes & forti ſacculo incluſi exprimantur, ut oleum prodeat.

Convenit in ambuſtis, herniis, fiſſuris labiorum, papillarum, manuum, pedum, ani, & doloribus hæmorrhoidum, ad foveas variolantium explendas cosmeticum quoquè dicitur.

CLASSIS UNDECIMA.

DE

PILULIS.

PILULÆ DE AGARICO.

℞. Agarici trochiſcati drachmas ſex,
Specierum hieræ picræ unciam unam,
Turbith drachmas decem,
Colocynthidos
Sarcocollæ ana unciam ſemis,
Radicis ireos
Herbæ marrubii
Myrrhæ rubræ ana drachmas duas,

Ex pulveriſatis cum ſyrupo de cichoreo cum rhabarbaro quantum ſatis, maſſa pilularis fiat.

Thoracem â pituita craſſa & putrida liberant, hinc aſthmaticis & tuſſientibus conducunt.

PILULÆ AGGREGATIVÆ.

℞. Myrobalanorum citrinarum
Rhabarbari ana unciam ſemis,
Succi inſpiſſati eupatorii
Extracti abſynthii ana drachmas tres,
Diagrydii ſulphurati drachmas ſex,
Myrobalanorum chebularum
Indarum
Agarici trochiſcati
Colocynthidos
Polypodii ana drachmas duas,
Turbith
Aloes ana drachmas ſex,
Maſtichis
Florum roſarum
Salis gemmæ
Epithymi
Zinziberis
Seminis aniſi ana drachmam unam,

Pulveriſata miſceantur, & cum ſyrupo roſato ſolutivo fiat maſſa pilularis.

Capiti, ventriculo & hepati ſalutares, humores in corpore peccantes educunt, complicatis & diuturnis quoquè febribus medentur.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ.

℞. Aloes ſucco roſarum lotæ uncias tres,
Caſſiæ ligneæ

Cinnamomi acuti
Nucis moſchatæ
Maſtichis electæ
Cubebarum
Ligni aloes
Radicis liquiritiæ ana drachmam unam,
Rhabarbari optimi drachmam unam ſemis,
Spicæ indicæ drachmam ſemis,
Pulveriſanda pulveriſentur, & miſceantur cum ſyrupo betonicæ in maſſam pilularum.

Ventriculum, Cerebrum & ſenſoria à putridis & viſcidis humoribus liberant, indè ortos dolores ſedant, appetitum excitant, concoctionem promovent, & cruditates tollunt.

PILULÆ ALOES FRAGATÆ.

℞. Aloes optimæ ſucco fragorum ſolutæ, colatæ, & inſpiſſatæ unciam unam,
Formentur cum vino pro libitu pilulæ.

PILVLÆ ALOES ROSATÆ.

Pari modo parantur cum mucharo roſarum.

PILVLÆ ALOES VIOLATÆ.

Eodem modo cum infuſione violarum conficiuntur.

Si quis hujus aloes violatæ unciæ uni addat
Diagrydii ſulphurati drachmam unam,
Et formet inde pilulas minimas, habebit eas, quas francofurtenſes vulgus nominat.

Hæ quatuor pilularum ſpecies lenius quidem purgant, magis tamen roborant, cruditates abſumunt, putredines præcavent, & adſtrictam alvum ſolvunt.

PILVLÆ DE AMMONIACO.

℞. Balſami aloetici uncias quatuor,
Gummi ammoniaci puri in aceto ſquillitico diſſoluti drachmas ſex,
Myrrhæ electæ unciam ſemis,
Specierum diatrion ſantalon
Maſtichis ana drachmam unam ſemis,
Croci
Salis fraxini
Abſynthii ana ſcrupulos duos,
Ex ſubtiliſſimè pulveriſatis cum ſyrupo de ſtœchade fiat maſſa pilularis.

Fæculentam humorum materiam è toto corpore educunt, cachexiam, febresquè inveteratas tollunt, & ſine moleſtia purgant.

PILVLÆ ANETHINÆ.

℞. Aloes ſuccotrinæ
Diagrydii ſulphurati
Trochiſcorum alhandal ana uncias duas,

Ma-

Magiſterii jalappæ unciam unam ſemis,
Extracti hellebori nigri unciam unam,
Pulveriſata miſceantur, & cum ſpiritûs aniſi ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis, in fine addendo
Olei anethi deſtillati drachmam unam ſemis.

Seroſos, bilioſosquè humores ex univerſo corpore blandè educunt, ventriculum & hepar, ut & nervoſas partes confortant.

PILULÆ ANGELICÆ.

℞. Aloes ſuccotrinæ libram unam,
Hæc diſſolvatur in depuratorum
Succorum cichorei
Fumariæ
Roſarum damaſcenarum ana librâ unâ,
Lento igne ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſetur, tum addantur
Pulveris rhabarbari electi uncia una,
Agarici trochiſcati uncia ſemis,
Cinnamomi electi drachmæ duæ,
Miſceantur omnia, ut fiat maſſa pilularis.

Omnia viſcera nobiliora per has pilulas roborantur, humores pravi corriguntur, & blandiſſimè evacuantur.

PILULÆ ANTIPODAGRICÆ.

℞. Pulveris caſtorei
Radicis ariſtolochiæ rotundæ veræ
Gummi opopanacis pulveriſati
Ceruſſæ antimonii ana unciam ſemis
Extracti chamædryos
Chamæpityos
Centaurii minoris ana drachmas duas,
Salis ſuccini volatilis
Balſami de tolu ana drachmas ſex,
Cum terebinthinæ claræ quantum ſatis fiat maſſa pilularis.

Virtutes arthriticæ & antipodagricæ nominis inſcriptioni correſpondentes deprehenduntur.

PILULÆ ARTHRITICÆ.

℞. Pulveris ariſtolochiæ rotundæ
Diagrydii ſulphurati pineis ſubacti ana drachmas quinquè,
Reſinæ jalappæ pineis, vel oleo amygdalarum ſubactæ
Extracti rhabarbari
Tartari vitriolati
Magiſterii vitrioli martis ana ſcrupulos quatuor,
Miſceantur, & cum eſſentia lignorum fiat maſſa pilularis.

Ad podagricos inſultus, arthriticos dolores, & frigidas defluxiones in articulos optato ſucceſſu adhibentur.

PILULÆ AUREÆ.

℞. Aloës ſuccotrinæ

Nn 2 Dia-

Diagrydii ſulphurati ana drachmas quinquè,
Florum roſarum rubrarum
Seminis apii ana drachmas duas ſemis,
Aniſi
Fœniculi ana drachmam unam ſemis,
Maſtichis electæ
Pulpæ colocynthidos
Croci auſtriaci ana drachmam unam,
Pulveriſata miſceantur, & cum
Mellis roſati ſolutivi quantum ſatis,
Fiat maſſa pilularis.

Cerebrum purgant, oculorum aciem augent, colicæ, nephritidi & inflammationibus medelam afferunt.

PILULÆ BALSAMICÆ APERITIVÆ.

℞. Extracti rhabarbari ſimplicis drachmas duas,
Cardui benedicti
Centaurii minoris
Abſynthii
Aloes roſatæ
Opobalſami
Pulveris radicis pimpinellæ albæ ana drachmam unam,
Arcani duplicati drachmas tres,
Myrrhæ rubræ electæ
Olibani electi
Extracti croci ana ſcrupulos duos,
Olei deſtillati cinnamomi
Citri veri ana guttas viginti,
Miſceantur, & cum ſufficienti quantitate eſſentiæ corticum aurantiorum tartariſatæ fiat maſſa pilularis.

Aperientis, incidentis, ſimulquè ſtomachum & viſcera interna roborantis ſunt virtutis.

PILULÆ BALSAMICÆ MORTONIANÆ.

℞. Millepedum præparatorum unciam unam ſemis,
Gummi ammoniaci in granis pulveriſati drachmas ſex,
Florum benzoin ſcrupulos octo,
Extracti croci
Balſami peruviani nigri ana ſcrupulos duos,
Sulphuris aniſati quantum ſatis,
Miſceantur, & fiat maſſa pilularis.

In affectibus pectoris & pulmonum, ſero itidem in inferiore ventre contento opitulantur.

PILULÆ BECHERIANÆ.

℞. Extracti ſcordii
Angelicæ
Hellebori nigri
Millefolii
Aloes ſuccotrinæ
Rhabarbari ana drachmam unam,
Succi cochleariæ expreſſi & inſpiſſati drachmas duas,

Pul-

Pulveris myrrhæ
Succini albi præparati
Radicis pimpinellæ albæ
Gentianæ ana ſcrupulum unum,
Ceruſſæ antimonii drachmas tres,
Nitri depurati drachmam unam ſemis,
Cum ſufficienti quantitate elixirii proprietatis ſine acido fiat maſſa pilularis, & ex hujus ſcrupulo uno fiant pilulæ numerô viginti.

Seroſos & viſcidos humores glandulis & venis meſaraicis impactos reſolvunt, attenuant, & blandè per alvum ſubducunt.

PILULÆ BENEDICTÆ FAVENTINI.

℞. Succi liquiritiæ unciam unam,
Aloes lotæ unciam ſemis,
Maſſæ pilularum de cynogloſſo cum caſtoreo drachmas duas,
Miſceantur, & cum ſyrupi violarum ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis.

Humores impactos â capite, ventriculo, thorace & nervis reſolvunt, & blandè ſubducunt, doloresquè inde ortos mitigant.

PILULÆ BENNONIS.

℞. Aloes ſuccotrinæ unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ drachmam unam ſemis,
Mithridatii
Theriacæ
Terræ lemniæ
Cornu cervi uſti præparati ana drachmam ſemis,
Radicis angelicæ ſcrupulos duos,
Confectionis alkermes incompletæ
Specierum de gemmis frigidis ana ſcrupulum unum,
Miſceantur, & fiant cum aqua barbæ caprinæ pilulæ numerô centum & triginta.

Præcavent ab apoplexia & peſte, item febribus calidis & flatibus, leniter cerebrum, ventriculum & vaſa meſaraica purgando, conducunt præcipuè hypochondriacis.

PILULÆ CLASSIANÆ.

℞. Aloes ſuccotrinæ uncias octo,
Pulveriſatis addatur
Radicis aronis recentis & contuſæ uncia ſemis,
Affundatur aqua nivis martialis ad ſex digitorum eminentiam, ſtent in digeſtione ad tincturæ extractionem, quæ filtretur, & leni igne evaporet ad extracti conſiſtentiam, ubi cum eſſentia abſynthii fiant pilulæ ex grano uno numerô quatuor.

Ad craſſos & viſcidos humores è primis viis reſolvendos & ſubducendos adhibentur.

PILULÆ CLEMENTINÆ.

℞. Croci ſolis purpurei

Pulveris viperarum romanarum
Magiſterii perlarum ſolubilis
Coralliorum ſolubilis
Croci auſtriaci
Cornu alcis præparati
Cranii humani præparati ana drachmas ſex,
Opii correcti uncias duas ſemis,
Cum ſufficienti quantitate tincturæ coralliorum fiat maſſa pilularis, cui circa finem addantur
Olei caryophyllorum guttæ triginta,
Formentur ex ſcrupulo uno pilulæ ſedecim, & deargentur.

Virtutes ſunt cordiales, cephalicæ, alexipharmacæ & confortantes, hincquè in omnibus malignis ſubveniunt.

PILULÆ COCHIÆ.

℞. Specierum hieræ picræ drachmas decem,
Trochiſcorum alhandali
Diagrydii ſulphurati pineis ſubacti ana drachmas tres,
Stœchadis arabicæ
Turbith ana drachmas quinque,
Pulveriſentur, & cum ſyrupi de ſtœchade quantumſatis, miſceantur, ut fiat maſſa pilularis.

Caput magnâ efficaciâ expurgant, craſſos, viſcoſos frigidosquè humores pariter â nervis evacuant.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO CATARRHALES.

℞. Radicis cynogloſſi
Seminis hyoſcyami
Opii depurati ana unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ drachmas ſex,
Thuris drachmas quinquè,
Caryophyllorum
Cinnamomi
Styracis calamitæ ana drachmas duas,
Pulveriſata miſceantur, & cum ſyrupo è ſucco violarum, formetur maſſa pilularis.
Si expetantur

PILULÆ DE CYNOGLOSSO CUM CASTOREO.

Addantur pulveriſata
Croci auſtriaci
Caſtorei electi ana drachma una ſemis,
Et formetur maſſa pilularis.

Ambæ compoſitiones catarrhos tenues ſiſtunt, tuſſim inde ortam ſedant, defluxiones ad pulmones intercipiunt, dolores mitigant, & ſomnum conciliant.

PILULÆ EMMANUELIS.

℞. Aloes ſuccotrinæ uncias tres,
Myrrhæ electæ drachmas tres,
Croci auſtriaci drachmam unam,
Miſceantur, & cum mithridatii ſuffi-

ſufficienti quantitate formetur maſſa pilularis.

Ventriculum & inteſtina â vitioſis humoribus & flatibus, blandè ſubducendo, liberant.

PILULÆ FEBRILES ALTERANTES.

℞. Extracti gentianæ
Centaurii minoris
Cardui benedicti
Trifolii fibrini
Florum ſalis armoniaci martialium
Balſami peruviani ana drachmas duas,
Pulveris corticis peruviani unciam unam,
Miſceantur, & cum ſufficienti quantitate eſſentiæ trifolii fibrini fiat maſſa pilularis.

PILULÆ FEBRILES PURGANTES.

℞. Maſſæ pilularum tartarearum Schrœderi uncias tres,
Extracti gentianæ
Trifolii fibrini ana unciam unam ſemis,
Pulveris ſirii unciam unam,
Miſceantur, & cum ſufficienti quantitate eſſentiæ centaurii minoris formetur maſſa pilularis.

Utriusquè hujus maſſæ virtutes ab inſcriptione deſumere licet.

PILULÆ FŒTIDÆ.

℞. Gummi ſagapeni
Ammoniaci
Opopanacis
Bdellii
Colocynthidos
Seminis rutæ hortenſis
Aloes ſuccotrinæ
Herbæ epithymi ana drachmas quinquè,
Turbith unciam ſemis,
Scammonii præparati drachmas tres,
Hermodactylorum
Extracti eſulæ præparatæ ana drachmas duas,
Zinziberis drachmam unam ſemis,
Cinnamomi
Spicæ indicæ
Croci auſtriaci
Caſtorei ana drachmam unam,
Euphorbii ſcrupulos duos,
Succi matricariæ depurati quantum ſatis,
Pulveriſata miſceantur, & cum ſucco redigantur in maſſam pilularum.

Viſcidam & incraſſatam pituitam evacuant, arthriticis, podagricis, torminoſis & colicis proſunt, menſes, mucoſasquè uteri impuritates expellunt, & cutis vitia emendant.

PILULÆ FŒTUM CORROBORANTES.

℞. Pulveris epileptici Marchionis uncias duas,
Coralliorum rubrorum præparatorum ſcrupulos octo,

Margaritarum orientalium præparatarum ſcrupulos quatuor,
Coccionellæ drachmam unam,
Sacchari canarini albiſſimi unciam unam,
Fiant cum ſufficienti quantitate mucilaginis tragacanthi pilulæ grani unius.

Cujus virtutes ipſa nominis inſignitio declarat.

PILULÆ FRANCOFURTENSES.

Videantur ſub aloe violata in hac ipſa claſſe.

PILULÆ AD GONORRHÆAM.

℞. Terebinthinæ coctæ unciam ſemis,
Succini albi præparati drachmas duas,
Oſſis ſepiæ drachmam unam,
Succi liquiritiæ
Gummi guajaci ana ſcrupulos duos,
Sacchari ſaturni ſcrupulum ſemis,
Balſami de copaiva quantum ſatis,
Pulveriſata pulveriſentur, & miſceantur in maſſam pilularum.

Virtutes ſunt purificantes, & prænominatum fluxum abſtergendo conſolidantes.

PILULÆ HIERÆ CUM AGARICO.

℞. Specierum hieræ picræ
Agarici trochiſcati ana unciam ſemis,
Aloes unciam unam,
Mellis roſati quantum ſatis,
Fiat inde maſſa pilularis.

In aſthmate, anorexia aliisquè thoracis & ventriculi affectibus craſſos & pituitoſos humores reſolvunt.

PILULÆ HYDROPICÆ.

℞. Pulveris aloes ſuccotrinæ drachmas quinque,
Gummi guttæ ſubtiliter pulveriſati, cum vino diſſoluti & lævigati
Ammoniaci ana drachmas tres,
Diagrydii ſulphurati pineis ſubacti drachmas duas,
Tartari vitriolati drachmam unam,
Cum ſyrupi roſati ſolutivi ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis.

Vires ex nomine patent, limpham enim potenter ſubducunt, & lienis ac meſenterii obſtructiones reſolvunt.

PILULÆ HYPOCHONDRIACÆ.

℞. Pilularum tartarearum ſchrœderi

Ex-

Extracti hellebori nigri ana drachmas ſex,
Rhabarbari
Cardui benedicti
Chamædryos
Gummi ammoniaci
Terræ foliatæ tartari ana drachmam unam,
Croci auſtriaci ſcrupulos duos,
Olei ſtillatitii citri
Fœniculi ana guttas octo,

Pulveriſanda pulveriſentur, & miſceantur, & cum tincturæ martis aperitivæ ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis.

Virtutes in reſerandis obſtructionibus ab ipſa inſcriptione facilè deſumuntur.

PILULÆ LUCIS.

℞. Herbæ euphraſiæ drachmam unam,
Florum roſarum rubrarum
Violarum
Seminis ſeſeleos maſſiliotici
Aniſi
Fœniculi
Colocynthidos
Turbith
Cubebarum
Nucis moſchatæ
Spicæ indicæ
Succini albi
Caryophyllorum
Cinnamomi
Croci auſtriaci
Macis ana drachmam ſemis,
Agarici
Foliorum ſennæ ana drachmas duas,
Rhabarbari unciam ſemis,
Aloes ſuccotrinæ uncias duas,

Miſceantur pulveriſata, & excipiantur ſucci fœniculi ſufficienti quantitate, ut fiat maſſa pilularis.

Cerebrum & oculos â pituita liberant, nervorum opticorum obſtructiones reſerando, hinc viſûs aciem intendere dicuntur.

PILULÆ MARTIALES.

℞. Limaturæ martis, aquâ ſalis armoniaci tribus vicibus imprægnatæ & exſiccatæ
Extracti hellebori nigri ana unciam ſemis,
Trifolii fibrini drachmas tres,
Croci
Caſtorei ana ſcrupulum ſemis,
Cinnabaris nativæ drachmam unam,
Balſami de peru nigri drachmam ſemis,

Fiat cum ſufficienti quantitate tincturæ martis pomatæ maſſa pilularis.

In obſtructionibus viſcerum reſerandis, cachexia, ictero & chloroſi tollendis inſignis virtutis deprehenduntur.

PILULÆ MASTICHINÆ.

℞. Maſtichis electæ unciam ſemis,
Agarici albi drachmas tres,

Aloes ſuccotrinæ drachmas decem,
Cum ſufficienti quantitate mellis roſati fiat maſſa pilularis.

PILULÆ MASTICHINÆ BALSAMICÆ.

℞. Granorum maſtichis electæ quantum placet,
Pulveriſatis in mortario lapideo, ut fluant, addatur
Opobalſami orientalis veri, quantum ſatis,
o Et inde pilulæ pellucidæ ex aqua calida formentur ad granum unum.

Ambæ compoſitiones ventriculum ab humida & frigida intemperie præſervant, inde ortum dolorem ſiſtunt, cerebrum & oculos confortant, & putridos uteri humores tollunt.

PILULÆ MERCURIALES.

℞. Rhabarbari electi
Diagrydii ſulphurati pineis ſubacti ana unciam unam,
Trochiſcorum Alhandali
Mercurii dulcis ana unciam ſemis,
Reſinæ ligni ſancti drachmas duas,
Terebinthinæ lucidæ quantum ſatis,
Subtiliſſimè pulveriſata miſceantur in maſſam pilularum.

In morbis catarrhoſis & venereis maſſam ſanguineam inſigniter depurant.

PILULÆ PESTILENTIALES PRÆSERVATIVÆ, ALIAS SALUTIS DICTÆ.

℞. Aloes ſuccotrinæ unciam unam,
Rhabarbari electi drachmas duas,
Agarici albi
Myrrhæ rubræ
Croci auſtriaci ana drachmam unam,
Radicis Zedoariæ
Gentianæ ana ſcrupulum unum,
Theriacæ quantum ſatis,
Pulveriſanda pulveriſentur, & miſceantur, ut fiat maſſa pilularum.

PILULÆ PESTILENTIALES RUFFI.

℞. Aloes ſuccotrinæ
Gummi ammoniaci ana unciam unam,
Myrrhæ rubræ unciam ſemis,
Ex pulveriſatis fiat cum ſufficienti quantitate mithridatii maſſa pilularis.

Virtutes utriusque compoſitionis ab ipſa nominis ſignificatione deſumuntur.

PILULÆ, SINE QUIBUS ESSE NOLO.

℞. Aloes ſuccotrinæ unciam unam drachmas ſex,
Diagrydii ſulphurati pineis ſubacti drachmas ſex,
Rhabarbari electi
Foliorum ſennæ

Aga-

Agarici ana unciam ſemis,
Tartari ſolubilis·
Seminis violarum ana drachmas duas,
Cuſcutæ drachmam unam,

Ex pulveriſatis cum ſyrupi fœniculi ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularum.

Inſignis ſunt efficaciæ ad purgandos humores infeſtantes ſuperiorem corporis partem, hinc in oculorum ſuffuſione, caligine, auriumquè doloribus ſalubriter adhibentur.

PILULÆ SPLENETICÆ.

℞. Gummi ammoniaci in aceto ſquillitico ſoluti
Aloes fragatæ ana drachmas ſex,
Tartari vitriolati drachmas tres,
Myrrhæ electæ
Fæcularum bryoniæ ana drachmam unam,
Extracti rhabarbari drachmas duas,

Ex pulveriſatis fiat maſſa pilularis.

In affectionibus hypochondriacis, ſpleneticis, meſenterii & panchreatis obſtructionibus, ut & menſtruis ſuppreſſis recommendantur.

PILULÆ DE STYRACE.

℞. Granorum ſtyracis drachmas duas,
Succi liquiritiæ drachmam unam ſemis,
Benzoes
Olibani
Myrrhæ
Extracti opii
Croci ana drachmam unam,

Pulveriſata miſceantur,&cum ſyrupi papaveris albi ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis.

Catarrhum ferinum, tuſſimquè pertinaciſſimam ſiſtunt, & in immodicis vigiliis ſomnum blandè conciliant.

PILULÆ DE SUCCINO CRATONIS.

℞. Aloes ſuccotrinæ uncias duas ſemis,
Succini albi præparati
Maſtichis ana unciam unam,
Agarici trochiſcati drachmas ſex,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ drachmas duas,

Ex pulveriſatis cum ſyrupi de betonica ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis.

Pituitam & bilem â capite revellunt, catarrhis, indequè ortis oculorum, aurium, atquè dentium doloribus opitulantur.

PILULÆ TARTAREÆ BONTII.

℞. Gummi ammoniaci aceto ſquillitico ſoluti unciam unam ſemis,
Aloes ſuccotrinæ drachmas tres,

Tartari vitriolati drachmam ſemis,
Pulveriſata miſceantur, & cum tincturæ tartari ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularum.

PILULÆ TARTAREÆ QUERCETANI.

℞. Aloes ſuccotrinæ uncias quatuor,
Cremoris tartari
Corticis myrobalanorum citrinarum ana uncias duas,
Extracti foliorum ſennæ drachmas quinquè,
Hellebori nigri
Turbith ana unciam ſemis,
Salis abſynthii
Fraxini ana drachmas duas,
Cum ſyrupi de pomis regis ſaporis ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis addendo
Olei deſtillati macis
Cinnamomi
Caryophyllorum
Aniſi ana ſcrupulum unum,
Et ſervetur uſui.

PILULÆ TARTAREÆ SCHROEDERI.

℞. Aloes fragatæ unciam unam,
Gummi ammoniaci in granis drachmas tres,
Terræ foliatæ tartari drachmas duas,
Extracti gentianæ drachmam unam ſemis,
Vitrioli martis ad albedinem lege artis calcinati,
Eſſentiæ croci ana drachmã unã,
Fiat cum tincturæ tartari ſufficienti quantitate maſſa pilularum.

Ternæ hæ compoſitiones ſecundum ſubjectorum diverſitatem magis aut minus tartaream & mucilaginoſam ſaburram ex infimo ventre ſubducunt, dum hepar quoque, lienem & uterum ab ea infarcta liberant.

PILULÆ URBANI SEU PAPALES.

℞. Aloes ſuccotrinæ
Rhabarbari electi ana unciam ſemis,
Myrobalanorum omnium ana,
Seminis aniſi
Amomi
Cardamomi
Macis
Nucis moſchatæ
Caryophyllorum
Croci auſtriaci
Cubebarum
Ligni aloes
Turbith electi
Myrrhæ rubræ
Agarici optimi
Foliorum ſennæ orientalium ana drachmam unam,
Pulveriſentur, miſceantur, & cum ſyrupi roſati ſolutivi ſufficienti quantitate fiat maſſa pilularis.

Inſerviunt ſtomacho confortando, item in hydrope, fluxu hepatico, doloribus arthriticis, & catarrhis.

PILULÆ WILDEGANSENSES.

℞. Extracti opii unciam unam,
Cinna-

Cinnabaris nativæ drachmas duas,
Aloes ſuccotrinæ
Pulveris viperarum ana drachmam unam ſemis,
Extracti Myrrhæ rubræ
Croci auſtriaci
Magiſterii perlarum ſolubilis
Coralliorum ſolubilis
Auri fulminantis ana drachmam unam,

Olei Caryophyllorum guttas viginti,

Fiat ex permixtis cum ſufficienti quantitate tincturæ tartari maſſa pilularum.

Dolores leniunt, malignitatem expellunt, ſanguinem dulcificant, & ſpiritus roborant.

CLASSIS DUODECIMA.

DE

PULVERIBUS Compoſitis.

PULVIS CONTRA ABORTUM.

℞. Coccionellæ unciam ſemis,
Nucis moſchatæ drachmas tres,
Radicis tormentillæ
Biſtortæ ana drachmas duas,
Boli armenæ præparatæ
Margaritarum præparatarum
Coralliorum rubrorum præparatorum
Lapidis hæmatitis præparati ana ſcrupulos quatuor,
Sacchari perlati unciam unam,
Foliorum auri numerô duodecim,

Miſceantur omnia ſubtiliter pulveriſata.

Gravidis abortum timentibus in aqua deſtillata convenienti vel vino generoſo repetitis vicibus optato ſucceſſu exhibetur.

PULVIS ABSORBENS.

℞. Antimonii diaphoretici
Coralliorum rubrorum præparatorum
Oculorum cancrorum præparatorum
Matris perlarum præparatæ

Cinnabaris nativæ ana drachmas duas,
Vitrioli martis grana viginti quatuor,
Extracti opii grana duodecim,
Miſceantur exactè in pulverem.

Sudoriferum eſt inſigne, hinc in affectione hypochondriaca, lipothymiis, palpitatione cordis & conſimilibus affectibus recommendatur â Wedelio.

PULVIS ALEXIPHARMACUS CITRINUS.

℞. Myrrhæ electæ uncias duas,
Florum ſulphuris
Nitri antimoniati ana unciam unam,
Camphoræ drachmas ſex,
Pulveriſentur ſingula, & miſceantur.

PULVIS ALEXIPHARMACUS RUBER.

℞. Terræ ſigillatæ rubræ
Boli armenæ ana unciam unam,
Corticis exterioris aurantiorum
Citri ana unciam ſemis,
Radicis zedoariæ unciam unam,
Doronici veri
Contrajervæ ana drachmas ſex,
Myrrhæ lucidæ
Succini albi ana drachmas tres,
Seminis citri excorticati
Rutæ
Aquilegiæ
Croci auſtriaci ana drachmas duas,
Macis drachmam unam ſemis,
Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Virtutes utriusquè pulveris in peſte, variolis, aliisquè morbis epidemicis pro diverſitate ſubjecti ex nomine dignoſcuntur.

PULVIS ANALEPTICUS FRIGIDUS.

℞. Specierum Cordialium temperatarum incompletarum unciam ſemis,
De gemmis frigidis drachmas duas,
Manûs Chriſti ſimplicis uncias tres,
Foliorum auri numerô duodecim,
Argenti numerô tria,
Miſceantur omnia in pulverem.
Si pulvis hic completus expetatur, addantur
Ambræ gryſeæ ſpiritu roſarum ſolutæ ſcrupuli duo.

Ad virium conſervationem, earumquè reparationem celebris eſt efficaciæ.

PULVIS ANGLICUS KENTIANUS.

℞. Chelarum cancrorum marinorum
Radicis contrajervæ
Serpentariæ virginianæ ana unciam unam ſemis,
Margaritarum præparatarum
Oculorum cancrorum
Coralliorum alborum
Rubrorum ana cum ſucco limonum ſimul levigatorum & ſiccatorum,
Succini albi præparati

Cry-

Cryſtallorum præparatarum
Cornu cervi philoſophici ana unciam unam,
Pulveris viperarum
Bezoar occidentalis
Terræ lemniæ ana unciam ſemis,
Ceruſſæ antimonii uncias duas,
Miſceantur omnia exactè in pulverem, qui, ſi completus deſideratur, fieri poteſt addendo
Ambræ gryſeæ drachmam unam ſemis,
Moſchi ſcrupulum ſemis.

Adverſus peſtem, re[illegible]asquè febres malignas efficax e[illegible]m, ſpiritus enim vitales fove[illegible]e internas putredines arcet.

PULVIS ANODYNUS.

℞. Extracti opii drachmas duas,
Pulveris croci auſtriaci
Cinnabaris nativæ ana drachmam unam,
Coralliorum rubrorum præparatorũ unciam unam,
Miſceantur probè in pulverem.

In nimiis vigiliis, & doloribus diuturnis, ut & colicis ſiſtendis optato ſucceſſu exhibetur teſte Ludovico.

PULVIS ANODYNUS SOLARIS INCOMPLETUS.

℞. Opii correcti unciam ſemis,
Bezoar orientalis
Extracti ligni aloes
Margaritarum præparatarum ana drachmam ſemis,
Croci ſolis ſcrupulum unum,
Olei cinnamomi ſcrupulum ſemis,
Succini guttas duas,
Miſceantur exactè in pulverem, ſi verò completus expetatur, addantur
Moſchi orientalis
Ambræ gryſeæ ana grana quinquè.

Iisdem ſi non potentioribus præcedentis compoſitionis virtutibus pollet.

PULVIS ANONYMUS.

℞. Seminis papaveris albi
Portulacæ
Malvæ
Gummi arabici
Tragacanthi
Amyli
Cinnamomi ana drachmas duas,
Succi hypociſtidis
Boli armenæ præparatæ
Cornu cervi uſti præparati
Raſuræ eboris
Fungorum ſalicis ana drachmam unam,
Sacchari candi albi uncias quatuor,
Miſceantur pulveriſata pro uſu

In tabe, phthiſi & hæmoptyſi ſummæ eſt efficaciæ, ulcera pulmonum leniendo, abſtergendo & glutinando, ſalſas defluxiones ſiſtendo, fauciumquè aſperitatem mitigando.

PULVIS ANTI-COLICUS.

℞. Seminis Cumini

Corticum aurantiorum ana
unciaſ ſex,
Caſtorei electi unciam unam,
Olei deſtillati aniſi
Menthæ ana drachmam
unam,
Miſceantur exactè trita in pulverem.

Cujus virtutes nomini impoſito abundè correſpondent.

PULVIS ANTISPASMODICUS.

℞. Concharum præparatarum
Tartari vitriolati
Nitri depurati ana drachmas ſex,
Cinnabaris antimonii drachmas
tres,
Pulveriſentur ſingula, & miſceantur.

Refrigerat, ſitim ſedat, bilem refrænat, motus convulſivos præcavet, præſentes ſopit.

PULVIS ARTHRITICUS.

℞. Hermodactylorum
Turbith optimi
Diagrydii ſulphurati
Foliorum ſennæ electæ
Raſuræ cranii humani
Sacchari finiſſimi ana unciam
unam,
Pulveriſatis ſingulis fiat exacta mixtio.

Defluxiones ad articulos podagricas blandè & ſecurè reſolvit, & evacuat ſic recommendante Paracelſo.

PULVIS SEU BEZOARDICUM ANIMALE.

℞. Viperarum ex italia allatarum
non carioſarum & exſiccatarum quantum
placet,
Pulveriſentur pro uſu.

Inter alexipharmaca & cordialia jure meritiſſimo cenſetur.

PULVIS BEZOARDICUS ALBUS.

℞. Cornu Cervi philoſophici uncias ſex,
Terræ ſigillatæ albæ turcicæ
Unicornu foſſilis ana uncias
tres,
Miſceantur pulveriſata pro uſu.

In variolis, morbillis, convulſionibus, terrore, torminibus & clamore nocturno pro infantibus recommendatur â Ludovico.

PULVIS BEZOARDICUS COMMUNIS.

℞. Radicis anthoræ
Scorzoneræ
Contrajervæ
Serpentariæ virginianæ ana unciam ſemis,
Zedoariæ drachmas
duas,
Seminis acetoſæ
Napi
Citri ana drachmam
unam,
Flavedinis corticum citri drachmas tres,

Unicornu foſſilis
Cornu cervi philoſophici
Terræ ſigillatæ albæ ana unciam ſemis,
Croci auſtriaci ſcrupulos duos,
Foliorum auri numero ſex,
Miſceantur pulveriſata pro uſu.

Efficax eſt in peſte & contagioſis morbis remedium, dum vitales ſpiritus conſervat, internasquè putredines tollit.

PULVIS BEZOARDICUS SENNERTI.

℞. Cornu cervi philoſophici drachmas ſex,
Coralliorum rubrorum præparatorum
Bezoar orientalis
Margaritarum præparatarum
Oculorum cancrorum præparatorum
Succini albi præparati
Terræ ſigillatæ albæ ana ſcrupulos quatuor,
Offis de corde cervi
Hyacinthi præparati
Rubini præparati
Carneoli præparati
Smaragdi præparati ana ſcrupulos duos,
Foliorum auri numerô duodecim,
Pulveriſata miſceantur, & uſui ſerventur.

In morbis peracutis, febribus malignis & epidemiis, ut & variolis ac morbillis inſignem demonſtrat efficaciam.

PULVIS CACHECTICUS QUERCETANI.

℞. Limaturæ martis cum ſulphure calcinatæ unciam unam,
Coralliorum alborum præparatorum
Margaritarum præparatarum ana drachmas duas,
Fæcularum radicis aronis drachmam unam ſemis,
Cornu cervi philoſophici
Succini præparati
Cinnamomi ana ſcrupulos quatuor,
Sacchari canarini uncias duas,
Pulveriſata probè permiſceantur.
Si completus expetatur pulvis, addatur
Ambræ gryſeæ drachma una ſemis.

Depravatos humores corrigit, cachexiam, leucophlegmatiam & chloroſin tollit, maſſam ſanguinis depurat, ejusquè corruptioni reſiſtit.

PULVIS AD CALCULUM.

℞. Radicis pareiræ bravæ drachmas ſex,
Althææ
Liquiritiæ
Oculorum cancrorum ſucco citri imprægnatorum
Millepedum præparatorum
Succini præparati
Lapidis percarum
Operculi limacum ana unciam ſemis,

Seminis ſaxifragiæ
Cynosbatos
Baccarum alkekengi ana drachmas duas,
Spiritûs ſalis coagulati drachmam unam ſemis,
Singula pulveriſata miſceantur.

Virtutes in calculo renum & veſicæ, ut & dolore nephritico deprædicantur.

PULVIS AD CASUM.

℞. Sanguinis hircini præparati uncias duas,
Draconis
Spermatis ceti
Mumiæ veræ
Terræ ſigillatæ rubræ ana unciam unam,
Rhabarbari electi drachmas duas,
Miſceantur pulveriſata pro uſu.

Perſonis præcipitatis, ruptis, contuſis aut fractis ad ſanguinem extravaſatum abſorbendum exhibetur.

PULVIS CEPHALICUS ALBUS.

℞. Succini albi præparati
Margaritarum orientalium præparatarum
Smaragdi præparati ana drachmas duas,
Specierum diaxyloaloes
Fæcularum pœoniæ ana drachmam unam,
Unicornu veri
Viſci quercini ana drachmam ſemis,
Sacchari perlati unciam unam,
Pulveriſata permiſceantur.

Nervos & ſpiritus animales confortat, & ſeroſitates reſolvit in cerebro, ac diſſipat.

PULVIS CEPHALICUS RUBEUS EX PRÆPARATIS.

℞. Cinnabaris nativæ electæ & præparatæ uncias tres,
Radicis pœoniæ unciam unam ſemis,
Smaragdi præparati drachmas duas,
Ungulæ alcis præparatæ drachmam unam,
Cranii humani præparati
Coralliorum rubrorum præparatorum
Cornu cervi philoſophici ana ſcrupulos duos,
Unicornu marini
Margaritarum præparatarum
Succini albi præparati ana ſcrupulum unum,
Omnia benè pulveriſata miſceantur.

PULVIS CEPHALICUS SEU SPECIFICUM CEPHALICUM MICHAELIS.

℞. Cinnabaris nativæ in granis electæ uncias tres,
Fæcularum radicis pœoniæ unciam unam ſemis,
Magiſterii cordialis uncias duas,
Epileptici unciam ſemis,
Foliorum auri numerò quadraginta,

Miſce-

Miſceantur in ſubtiliſſimum pulverem.

Virtutes utriusquè cephalicæ, nervinæ & ſpiritus animales ac vitales confortantes ab ipſa denominatione indicantur.

PULVIS è CHELIS CANCRORUM COMPOSITUS.

℞. Apicum nigrorum chelarum cancrorum uncias tres,
Lapidis bezoardici orientalis
Cornu cervi philoſophici
Succini albi
Coralliorum rubrorum præparatorum
Oculorum cancrorum præparatorum
Margaritarum præparatarum ana unciam ſemis,
Pulveriſentur ſingula, & probè miſceantur.

Virtutes ſunt alexipharmacæ & diaphoreticæ, hinc in febribus & epidemiis cor roborat, & putredini reſiſtit.

PULVIS CORNACHINUS SEU COMITIS DE WARWICH.

℞. Antimonii diaphoretici
Cremoris tartari
Diagrydii ſulphurati ana uncias duas,
Miſceantur exactè pulveriſata.

Ventriculi vitia, nauſeam & anorexiam corrigit, bilioſos humores, febriumquè intermittentium fomitem expurgat.

PULVIS DENTIFRICIUS.

℞. Lapidis pumicis
Silicum calcinatorum ana uncias tres,
Oſſis ſepiæ
Cornu cervi uſti
Tartari crudi ana uncias duas,
Coralliorum rubrorum unciam unam ſemis,
Radicis ireos florentinæ unciam unam,
Caryophyllorum unciam ſemis,
Nucis moſchatæ drachmas duas,
Pulveriſentur, & miſceantur pro uſu, ſi quis verò rubrum hunc deſideret pulverem, admiſceatur
Laccæ in globulis
Sanguinis draconis in lachrymis ana proportionata quantitas.

Tartarum mucoſasquè particulas dentibus adimit, eorum albedinem promovet, radices firmat, & gingivas conſolidat.

PULVIS DEOPILATIVUS, SEU HEPATICUS RUBER.

℞. Cremoris tartari libras duas,
Tartari vitriolati uncias octo,
Permixta & in pulverem redacta humectentur ter quatervè cum tinctura ex ſantalo rubro & floribus roſarum ſpiritu vitrioli acuatâ & ſpiritu vini extractâ, & leni calore ſemper exſiccentur.

Ad cruditates primarum viarum & obſtructiones hepatis ac lienis tollendas ſalubriter adhibetur.

PULVIS AD DISTOCKIAM.

℞. Cinnamomi acuti
Borracis
Hippoſorcheos ana unciam unam,
Succini albi præparati unciam ſemis,
Croci auſtriaci drachmas tres,
Subtiliſſimè omnia pulveriſentur, & miſceantur.

Ad facilitandum partum & ſecundinam expellendam multùm celebratur.

PULVIS DYSENTERICUS.

℞. Sanguinis draconis
Lapidis hæmatitis præparati
Coralliorum rubrorum præparatorum
Terræ ſigillatæ rubræ
Seminis portulacæ
Plantaginis
Radicis anthoræ
Tormentillæ ana uncias duas,
Contraiervæ
Florum ferri præparatorum
Balauſtii
Unicornu foſſilis ana unciam unam,
Nuciſtæ unciam ſemis,
Pulveriſata ſubtiliſſimè miſceantur.

Virtutes ex ipſa ſignificatione abundè indicantur.

PULVIS AD DYSURIAM.

℞. Radicis althææ unciam unam,
Liquiritiæ
Farinæ hordei
Boli armenæ
Sacchari canarini ana unciam ſemis,
Seminis bombacis
Papaveris albi
Portulacæ ana drachmas duas,
Gummi arabici albi
Tragacanthi albi ana drachmam unam,
Ex ſingulis ſubtiliſſimè pulveriſatis fiat mixtio.

Virtutes nomen impoſitum indigitat.

PULVIS EMPLASTICUS EXTERNUS.

℞. Boli armenæ libram unam,
Sanguinis draconis
Olibani electi
Aloes hepaticæ
Lapidis hæmatitis ana unciam unam,
Gypſi
Terræ vitrioli dulcis ana uncias duas,
Miſceantur benè pulveriſata.

Ad hæmorrhagias quaſcunquè ſiſtendas in uſu externo multùm recommendatur.

PUL-

PULVIS EPILEPTICUS DE GUTTETA RIVERII.

℞. Radicis pœoniæ
Seminis ejusdem
Ungulæ alcis præparatæ
Dictamni albi
Viſci quercini ana unciam ſemis,
Cranii humani ſine igne parati drachmas tres,
Seminis atriplicis drachmas duas,
Coralliorum rubrorum præparatorum
Hyacinthi præparati ana drachmam unam ſemis,
Foliorum auri numerô quinquaginta,

Pulveriſatis & permixtis folia auri addantur.

PULVIS EPILEPTICUS MARCHIONIS.

℞. Radicis pœoniæ lunâ decreſcente effoſſæ libras duas,
Viſci quercini
Raſuræ eboris
Ungulæ alcis præparatæ
Spodii præparati
Cornu cervi ex apicibus uſti præparati
Margaritarum præparatarum ana libram ſemis,
Coralliorum alborum præparatorum libram unam,

Pulveriſentur, & permiſceantur, ac tandem addantur

Foliorum auri puri numerô ducenta.

In apoplexia, epilepſia, incubo & febribus malignis, variolis item & morbillis uterque hic pulvis humidam cerebri intemperiem corrigit, blandumquè ſudorem movet, & terrores nocturnos tollit.

PULVIS EPILEPTICUS NIGER.

℞. Radicis pœoniæ uncias decem,
Seminis ejusdem
Ligni aloes ana uncias tres,
Carbonum tiliæ libram unam,
Viſci quercini
Radicis dictamni albi una uncias quatuor ſemis,
Ungulæ alcis præparatæ uncias tres,
Succini albi præparati unciam unam ſemis,
Margaritarum præparatarum
Coralliorum rubrorum præparatorum ana uncias quatuor,
Unicornu veri uncias duas,

Miſceantur pro pulvere addendo

Foliorum auri numerô centum quinquaginta,

In convulſionibus, epilepſia, tremore, terrore repentino & conſimilibus eximiæ eſt virtutis.

PULVIS EPILEPTICUS RINDSCHEIDLERI.

℞. Radicis pœoniæ
Seminis ejusdem
Ungulæ alcis præparatæ
Cranii humani ſine igne parati ana unciam ſemis,

Viſci quercini
Coralliorum rubrorum præparatorum
Caſtorei ana drachmas duas,
Spolii viperarum
Hyacinthi præparati
Smaragdi præparati
Granati præparati
Malachitidis præparati ana drachmam unam,
Foliorum auri numerô octo,
Pulveriſata miſceantur.

In repentino terrore, paſſionibus hyſtericis & furore uterino recommendatur.

PULVIS EPILEPTICUS RUBER.

℞. Margaritarum præparatarum
Cornu cervi Philoſophici
Unicornu foſſilis præparati
Cinnabaris nativæ præparatæ
Ægagropilarum
Lapidis ſtellaris tyrolenſis
Viſci quercini
Cranii humani ſine igne parati
Ungulæ alcis præparatæ
Seminis pœoniæ ana drachmam unam,
Foliorum auri numerô ſex,
Miſceantur pulveriſata pro uſu.

Virtutibus antiſpaſmodicis prioribus compoſitionibus æquiparatur.

PULVIS PRO EPITHEMATE CORDIS.

℞. Florum bugloſſi
Borraginis
Meliſſæ
Roſarum rubrarum ana,
Santalorum omnium ana unciam unam,
Corticum citri
Seminis acetoſæ
Ligni aloes
Caryophyllorum ana drachmas ſex,
Radicis doronici veræ
Been utriusquè
Succini albi ana drachmas quinquè,
Pulveriſata & mixta ſerventur uſui.

In palpitatione cordis, virium defectu, ſyncope, aliisquè cordis affectibus adhibetur.

PULVIS PRO EPITHEMATE HEPATIS.

℞. Santalorum omnium ana uncias duas,
Florum roſarum rubrarum unciam ſemis,
Camphoræ ſcrupulos quatuor,
Pulveriſentur, & miſceantur.

Hepatis inflammationes & exæſtuationes temperat, & refocillat.

PULVIS AD ERYSIPELAS ALBUS.

℞. Ceruſſæ pulveriſatæ
Cretæ colonienſis
Lapidis morochti, ſive tuffiani
Tutiæ præparatæ ana uncias duas,
Sacchari ſaturni drachmas duas,
Miſceantur pulveriſata pro uſu.

PULVIS

PULVIS AD ERYSIPELAS RUBER.

℞. Farinæ volatilis benè toſtæ uncias ſex,
Plumbi uſti
Boli rubræ ana uncias duas,
Maſtichis electæ
Olibani
Ceruſſæ ana unciam unam,
Pulveriſentur ſubtiliter, & miſceantur; poteſt etiam pro libitu addi
Camphoræ drachma una ſemis.

Vires utriuſquè hujus pulveris nominis inſcriptio deſignat.

PULVIS FEBRILIS.

℞. Matris perlarum ſucco citri impraegnatæ
Radicis gentianæ
Calami aromatici ana unciam unam,
Arcani duplicati
Salis abſynthii ana drachmas ſex,
Florum ſalis armoniaci drachmas tres,
Pulveriſentur, & exactè miſceantur.

Virtutes exſerit in quibuſcunquè febribus intermittentibus.

PULVIS AD FLUOREM ALBUM.

℞. Radicis ireos florentinæ unciam ſemis,
Cornu cervi uſti
Gummi arabici
Offis ſepiæ
Coralliorum alborum præparatorum
Cryſtalli montanæ præparatæ
Olibani electi
Maſtichis electæ ana drachmam unam,
Pulveriſata probè miſceantur.

Virtutes habet acrimoniam imbibendi, & maſſam ſanguineam depurandi.

PULVIS GINGIVALIS.

℞. Nucis moſchatæ unciam unam,
Zinziberis albi unciam ſemis,
Zibethi canini
Aluminis uſti ana drachmas duas,
Miſceantur pulveriſata.

In corruptis gingivis fricando acrimoniam adimit, & carnem revivificat.

PULVIS HALY.

℞. Gummi arabici
Amyli
Tragacanthi
Radicis liquiritiæ ana unciam ſemis,
Seminis papaveris albi drachmas tres,
Portulacæ
Althææ
Malvæ
Quatuor frigidorum majorum excorticatorum
Cydoniorum mundati ana drachmam unam,
Spodii præparati drachmas duas,

Sacchari candi albi uncias quatuor,
Optimè pulveriſata miſceantur invicem.

In tabe & phthiſi ulceribus pulmonum ſubvenit, & catarrhos ſiſtit.

PULVIS HANNOVERIANUS.

℞. Cinnabaris nativæ per decoctionem paratæ unciam unam,
Huic mediante continuâ levigatione ſucceſſivè indantur
Auri balſamici drachma una ſemis,
Continuò triturando ad perfectam incorporationem, in fine addantur
Sacchari candi albi ſubtiliſſimè pulveriſati unciæ duæ,
Et ſervetur uſui.

Virtutes cordiales, cephalicæ, nervinæ, & diaphoreticæ, humorumquè putredini reſiſtentes deprehenſæ hactenus fuerunt.

PULVIS HYSTERICUS.

℞. Radicis pœoniæ uncias duas,
Succini albi præparati
Coralliorum rubrorum præparatorum
Matris perlarum præparatæ
Salis Jovis ana unciam unam,
Anthophyllorum drachmas ſex,
Croci auſtriaci
Caſtorei veri ana unciam ſemis,
Olei ſuccini albi ſcrupulos duos,
Cuncta benè pulveriſata miſceantur.

Virtutis eſt inſignis in ſuffocatione uterina, cæterisquè hyſtericis paſſionibus.

PULVIS LUMBRICORUM COMPOSITUS.

℞. Lumbricorum præparatorum unciam unam,
Cryſtalli montanæ præparatæ
Bezoar occidentalis
Cornu cervi philoſophici
Ungulæ alcis præparatæ ana unciam ſemis,
Sacchari candi albi uncias tres,
Exactè omnia permiſceantur, in fine mixtionis addendo
Olei deſtillati macis
Nucis moſchatæ ana ſcrupulum ſemis.

Vires ſunt diureticæ, diaphoreticæ, anodynæ, diſcutiendo, emolliendo, in apoplexia, ſpaſmo & præcipuè arthritide vagâ.

PULVIS MANUALIS.

℞. Farinæ amygdalarum excorticatarum libras octo,
Oryzæ albæ
Radicis ireos florentinæ ana uncias ſedecim,
Benzoin amygdalatæ
Spermatis ceti recentis
Salis tartari ana uncias octo,
Olei ligni rhodii
Caryophyllorum
Lavendulæ ana drachmas duas,

Pulveriſentur benè, & permiſceantur,

Ad fiſſuras & maculas manuum tollendas, albedinemquè & mollitiem cutis conciliandam adhibetur.

PULVIS NEPHRITICUS.

℞. Cryſtalli montanæ præparatæ
Seminis licopodii
Milii ſolis ana uncias tres,
Urticæ
Borracis venetæ
Glaciei mariæ
Priapi cervi ana unciam unam ſemis,
Miſceantur probè pulveriſata.

Ad dolores nephriticos ſiſtendos, & ſaburram arenoſam evacuandam recommendatur.

PULVIS ODORATUS EXTERNUS.

℞. Florum roſarum rubrarum unciam unam,
Ligni rhodii
Santali citrini
Corticum citri extimorum recenter ſiccatorum
Cinnamomi acuti
Caryophyllorum
Granorum ſtyracis
Benzoin ana drachmas duas,
Miſceantur in groſſum pulverem, ſi completus expetatur, addantur
Moſchi
Zibethi ana grana tria.

Ad tineas profligandas adhibetur, ſimulquè gratum naribus odorem ſuppeditat.

PULVIS OPHTHALMICUS EXTERNUS.

℞. Florum zinci unciam ſemis,
Siefalbi ſine opio drachmas tres,
Matris perlarum præparatæ
Tutiæ præparatæ ana drachmas duas,
Magiſterii ſaturni drachmam unam ſemis,
Camphoræ ſcrupulos duos,
Sacchari candi albi drachmas duas,
Miſceantur in ſubtiliſſimum pollinem redacta. Poteſt & cum aqua roſarum permiſceri, & in pultis forma applicari.

In hebetudine & maculis oculorum nubeculas tollit, lympham affluentem abſumit, viſûsque claritatem reſtituit.

PULVIS AD PALPITATIONEM CORDIS.

℞. Diaphoretici Jovialis unciam unam,
Unicornu veri
Cinnabaris nativæ ana drachmas duas,
Margaritarum præparatarum
Coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmam unam,
Ligni aloes
Coccionellæ ana ſcrupulos duos,
Elæoſacchari citri uncias duas,

Olei cinnamomi ſcrupulum ſemis,
Foliorum auri numerò octo,

Pulveriſanda pulveriſentur, miſceantur, tum oleo irrorentur, ultimò auri folia addantur.

Mediante blandâ diaphoreſi motum ſanguinis circulatorium promovet, & heterogeneas particulas diſpellit.

PULVIS PANNONICUS RUBER.

℞. Boli armenæ præparatæ uncias tres,
Terræ lemniæ veræ præparatæ uncias duas,
Coralliorum alborum præparatorum drachmas ſex,
Rubrorum præparatorum
Lapidis ſmaragdi præparati
Rubini præparati
Sapphiri præparati
Hyacinthi præparati
Cornu cervi philoſophici ana unciam ſemis,
Spodii præparati
Margaritarum præparatarum ana drachmas quinque,
Raſuræ eboris drachmas tres,
Cinnamomi acuti
Seminis acetoſæ
Santali rubri ana drachmas duas,
Albi
Corticum citri ana drachmam unam ſemis,
Caryophyllorum
Croci auſtriaci ana drachmam unam,

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, cui in fine addantur
Foliorum auri puriſſimi numerô quinquaginta,

In febribus peſtilentialibus, contagioſis & malignis, variolis item & morbillis optimo ſucceſſu exhibetur.

PULVIS AD PARTUM.

℞. Hepatis anguillæ exſiccatæ unciam unam,
Caſſiæ ligneæ veræ ſcrupulos octo,
Succini albiſſimi præparati
Lapidis ſpecularis præparati
Borracis
Croci auſtriaci ana ſcrupulos quatuor,

Benè pulveriſata exactè miſceantur.

Partûs labores facilitat eosdem accelerando, & fœtûs excluſionem promovendo.

PULVIS PECTORALIS LOSCHIANUS.

℞. Florum ſulphuris drachmas tres,
Maſtichis electæ drachmas duas,
Myrrhæ rubræ drachmã unam,
Aloes ſuccotrinæ
Croci auſtriaci ana drachmam ſemis,
Sacchari candi albi uncias ſex,

Miſceantur omnia benè pulveriſata.

Ad

Ad quosvis pectoris affectus â lympha ſtagnante ortos reſolvendos, & catarrhos maturandos adhibetur.

PULVIS PLEURITICUS.

℞. Mandibuli lucii piſcis præparati
Dentis apri præparati ana unciam ſemis,
Lapidis percarum
Talorum leporis
Oculorum cancrorum præparatorum
Seminis cardui benedicti Mariæ ana drachmas duas,
Miſceantur benè pulveriſata.

Ad quoſvis lateris dolores punctorios tollendos in pleuritide conducit.

PULVIS PRÆCIPITANS.

℞. Cornu cervi philoſophici
Oculorum cancrorum ana uncias duas,
Nitri depurati unciam unam,
Miſceantur in pulverem redacta.

Ad humores ſalſos ſanguini admixtos præcipitandos, & maſſam ſanguineam depurandam adhibetur, ſitimquè ſedat.

PULVIS PRETIOSUS ALBUS.

℞. Magiſterii margaritarum
Coralliorum rubrorum
alborum
Hyacinthi
Smaragdi
Raſuræ eboris
Ungulæ alcis
Oculorum cancrorum ana drachmas duas,
Cornu cervi philoſophici drachmas ſex,
Miſceantur benè pulveriſata, dein addantur
Foliorum auri numerô triginta.
Poteſt quoquè ſine magiſteriis hic pulvis ex præparatis parari.

Vires ſunt cordiales, diaphoreticæ, cephalicæ & anodynæ.

PULVIS SENNÆ COMPOSITUS.

℞. Foliorum ſennæ unciam unam ſemis,
Zinziberis
Macis
Cinnamomi ana drachmam unam ſemis,
Cremoris tartari unciam ſemis,
Pulveriſentur, & miſceantur.

Seroſam ſalſamquè pituitam, ut & melancholicos aduſtos humores blandè ſubducit.

PULVIS SOLUTIVUS DE TRIBUS.

℞. Foliorum ſennæ drachmas ſex,
Turbith unciam ſemis,
Rhabarbari drachmas duas,
Radicis liquiritiæ
Seminis aniſi
Fœniculi ana drachmam unam,
Spicæ indicæ ſcrupulum ſemis,

Pulveriſata miſceantur pro uſu.

Virtutem exercet in obſtructionibus hepatis & venarum meſaraicarum, ventrisquè inflationibus reſerandis, dum crudos humores evacuat.

PULVIS SPERNIOLÆ.

℞. Myrrhæ electæ
Thuris electi ana uncias duas,
Camphoræ drachmas tres,
Croci auſtriaci drachmam ſemis,

Pulveriſentur omnia, & miſceantur, tum imbibantur hæ ſpecies ſpermate ranarum menſe martio ante novilunium collectâ, fiatquè iſta imprægnatio ad minimum vigeſies, ita tamen, ut pulveriſata priùs ſuâ ſponte ſemper ſiccentur, peractâ ultimâ ſiccatione ſerventur uſui.

In hæmorrhagia è naribus, gutture, & utero, doloribus item podagræ calidis, & vulnerum hæmorrhagia deprædicatur recommendante Crollio.

PULVIS STEGNOTICUS.

℞. Lapidis ætitis unciam ſemis,
Hæmatitis præparati
Carneoli præparati
Terræ ſigillatæ rubræ
Cornu cervi uſti præparati ana drachmas duas,
Coralliorum rubrorum præparatorum unciam unam,

Pulveriſentur ſingula, & miſceantur.

Ad hæmorrhagiam hepatis, narium, vulnerumquè ſiſtendam, menſtrua ſuperflua, diarrhæam, dyſenteriam, & conſimilia profluvia inhibenda non exiguæ eſt efficaciæ.

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Foliorum betonicæ
Roriſmarini
Majoranæ
Florum calendulæ
Cyani
Roſarum rubrarum
Pœoniæ ana unciam unam,
Lavendulæ
Calcatrippæ
Liliorum convallium
Radicis Cyperi rotundi
Ireos florentinæ
Raſuræ ligni rhodii ana unciam ſemis,
Sacchari albiſſimi uncias duas,

Pulveriſata miſceantur pro uſu.

Virtutes hujus pulveris ab ipſa nominis inſcriptione deſumuntur.

PULVIS STOMACHICUS BIRCKMANI SINE SACCHARO.

℞. Radicis ari pulveriſatæ uncias duas,
Acori vulgaris
Pimpinellæ ana unciam unam,
Oculorum cancrorum unciam ſemis,
Cinnamomi drachmas tres,
Salis abſynthii
Juniperi ana drachmam unam,

Miſce-

Miſceantur omnia pulveriſata; ſi quis hunc pulverem dulcem deſideret, addat

Sacchari roſati tabulati uncias quinquè.

Ventriculi dolores & vitia corrigit, cardialgiâ à virulentis & acribus humoribus ortâ laborantibus auxiliatur.

PULVIS STRUMALIS.

℞. Spongiæ combuſtæ
Pilæ marinæ toſtæ
Oſſis ſepiæ
Piperis longi
Nigri
Zinziberis
Cinnamomi
Salis gemmæ
Radicis pyrethri
Gallarum
Lapidis ſpongiæ ana unciam unam,

Pulveriſentur, & exactè miſceantur.

Ad ſtrumas & ſcrophulas abigendas iteratus uſus conducit.

PULVIS AD TORMINA INFANTUM.

℞. Pulveris epileptici marchionis
Radicis ireos florentinæ ana unciam ſemis,
Liquiritiæ drachmas ſex,
Seminis aniſi
Licopodii
Fæniculi ana drachmas duas,
Croci auſtriaci ſcrupulum unum,

Pulveriſentur, & miſceantur.

In torminibus & flatibus, vel in pulmento, vel alio vehiculo infantibus exhibetur.

PULVIS TRAGEÆ STOMACHALIS.

℞. Cinnamomi acutiſſimi drachmas ſex,
Galangæ
Caryophyllorum
Nucis moſchatæ
Macis ana drachmam unam,
Zinziberis albi ſcrupulos quatuor,
Seminis coriandri
Florum roſarum rubrarum ana ſcrupulos duos,
Sacchari Canarini libram unam ſemis,

In ſubtiliſſimum pulverem verſa miſceantur.

Ad vires ſtomachi roborandas, concoctionemquè promovendam magnæ eſt efficaciæ.

PULVIS AD TUSSIM INFANTUM.

℞. Sacchari candi albi uncias tres,
Specierum diatragacanthi frigidi
Diaireos ſimplicium ana unciam ſemis,
Radicis pœoniæ drachmas duas,
Amyli
Succi liquiritiæ ana drachmam unam,
Lactis ſulphuris
Croci auſtriaci ana ſcrupulos duos,
Cranii humani ſine igne calcinati

Seminis papaveris albi ana ſcrupulum unum,
Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Qui non immeritò ob eximias virtutes impoſito nomine gaudet.

PULVIS AD VERMES.

℞. Seminis cynæ uncias duas
Leviſtici
Mechoacannæ albæ
Coriandri præparati
Cornu cervi uſti
Muſci Corallini ana unciam ſemis,
Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus unciam unam,
Omnia benè pulveriſata miſceantur.

Virtutes ab ipſa nominis impoſitione deſumuntur.

PULVIS VIPERARUM.

Eſt bezoardicum animale

PULVIS VIRGINEUS DIAPHORETICUS.

℞. Glaciei mariæ libram unam,
Lapidis ſpecularis libras duas,
Purgentur â ſordibus, & calcinentur in crucibulo ad nitidiſſimum candorem, dein pulveriſentur, & pars ſubtilior affuſâ aquâ per inclinationem ſeparetur, & exſiccata uſui ſervetur.

Uſus eſt in nimio æſtu febrili ad bilem infringendam, calorem minuendum, & ſitim levandam, puerperæ tamen eo abſtineant.

PULVIS VITÆ.

℞. Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus uncias tres,
Cubebarum
Cardamomi minoris ana drachmas decem,
Pulmonis vulpini unciam unam,
Cremoris tartari
Baccarum Juniperi ana drachmas ſex,
Radicis Zedoariæ
Enulæ
Liquiritiæ
Cornu cervi philoſophici
Macis ana unciam ſemis,
Rhabarbari drachmas tres,
Zinziberis albi
Cinnamomi optimi
Caryophyllorum
Olibani electi
Herbæ linguæ cervinæ
Veronicæ
Salviæ
Cardui benedicti
Centaurii minoris
Seminis aniſi
Fœniculi
Rutæ
Carvi
Petroſelini
Urticæ rubræ ana drachmas duas,
Sacchari candi albi uncias novem,
Redigantur mixta in ſubtiliſſimum pulverem.

Virtutes ſtomachicæ, cephalicæ, confortantes, flatus & tormina diſcutientes

tientes magnum hoc nomen promeruerunt.

PULVIS EQUORUM.

℞. Seminis fœnugræci
Radicis gentianæ ana libram unam ſemis,
Aſari
Oſtrutii
Liquiritiæ
Aluminis plumoſi
Sulphuris caballini
Baccarum lauri
Herbæ ſabinæ ana libram ſemis,
Miſceantur in pulverem, cui pro re nata addi poterit ad hanc maſſam
Hepatis antimonii libra ſemis.

In morbis equorum tam curativè, quàm, habito reſpectu, præſervativè multùm adhibetur.

PULVIS PECORUM.

℞. Capitis mortui ex aqua forti libras quatuor,
Cinnabaris factitiæ
Sulphuris citrini
Radicis angelicæ
Gentianæ
Enulæ
Leviſtici ana libram ſemis,
Granorum Juniperi uncias quatuor,
Aloes hepaticæ
Aſæ fœtidæ ana uncias duas,
Allii recentis numerô octo,
Fiat ex permixtis pulvis.

In epidemicis pecorum morbis exoptatum effectum præſtat, bis de die cum fruſto panis priùs ſale & aceto impregnato exhibitus, præſervativè alternis diebus datur.

PULVIS AD VERMES EQUORUM.

℞. Radicis gentianæ
Hellebori albi
Herbæ Tanaceti
Sabinæ
Seminis fœnugræci
Cynæ
Baccarum lauri ana uncias duas,
Aloes hepaticæ
Aſæ fœtidæ ana unciam unam,
Miſceantur in pulverem, qui etiam poteſt in globulos redigi, ita ut addantur
Hepatis antimonii unciæ quatuor.

Virtutes hujus pulveris equini nomen abundè indicat.

CLASSIS DECIMA TERTIA.

DE SPECIEBUS Completis & Incompletis.

SPECIES DIAMBRÆ.

℞. Cinnamomi acuti
Caryophyllorum
Macis
Nucis moſchatæ
Folii indi
Galangæ
Doronici ana drachmas tres,
Ligni aloes
Santali citrini
Piperis longi ana drachmas duas,
Zinziberis drachmam unam ſemis,
Spicæ indicæ
Cardamomi majoris
Minoris ana drachmam unam,

Exactiſſimè pulveriſata miſceantur invicem, ad hoc, ut hæ ſpecies completæ proſtent, addantur
Ambræ drachma una,
Moſchi drachma ſemis,

Et ita permiſceantur.

Spiritus & viſcera interna mirum calefaciunt, vertiginem tollunt, ſuperfluam cerebri lympham abſumunt, concoctionem promovent, hyſtericos à cauſâ frigidohumidâ ortos affectus levant.

SPECIES DIANISI.

℞. Seminis aniſi uncias duas ſemis,
Liquiritiæ raſæ
Maſtichis electæ ana unciam unam,
Seminis carvi
Fœniculi
Galangæ
Macis
Zinziberis
Cinnamomi ana drachmas quinque,
Piperis albi
Caſſiæ ligneæ
Radicis pyrethri
Herbæ calaminthæ ana drachmas duas,
Cardamomi
Caryophyllorum
Cubebarum

Spicæ

Spicæ indicæ
Croci auſtriaci ana drachmam unam ſemis,
Miſceantur in ſubtiliſſimum pollinem redacta.

Ventriculum calefaciendo confortant, viſcoſum lentorem inibi ſtagnantem abſumunt, flatus diſſipant, & diuturnæ tuſſi ſubveniunt.

SPECIES DIANTHOS.

℞. Florum roriſmarini unciam unam,
Roſarum
Violarum
Radicis liquiritiæ ana drachmas ſex,
Zinziberis
Zedoariæ
Caryophyllorum
Spicæ indicæ
Nucis moſchatæ
Galangæ
Cinnamomi
Macis
Ligni aloes
Cardamomi
Seminis anethi
Aniſi ana ſcrupulos quatuor,
Probè pulveriſata permiſceantur.

Hypochondriacis, cardiacis & animo languentibus proſunt, catarrhos quoque, & univerſam totius imbecillitatem tollunt.

SPECIES CONTRA APOPLEXIAM.

℞. Succini albi præparati
Margaritarum præparatarum
Smaragdi præparati ana drachmas duas,
Ligni aloes
Reſinæ ejusdem
Cornu cervi philoſophici
Radicis pœoniæ ana drachmam unam,
Corticum citri drachmã ſemis,
Seminis citri ſcrupulum unum,
Sacchari canarini uncias duas,
Olei cinnamomi guttas viginti,
In ſubtiliſſimum pollinem redacta miſceantur, qui completas has ſpecies deſiderat, addat
Ambræ gryſeæ ſcrupulum ſemis,
Moſchi optimi grana quinquè.

In dolore capitis chronico â cauſa frigida orto, obſtructiones meatuum cerebri reſerant, ſpiritus exhilarant, vertiginem tollunt, apoplexiæ & epilepſiæ præveniunt.

SPECIES AROMATICÆ CARYOPHYLLATÆ.

℞. Caryophyllorum unciam unam,
Macis
Zedoariæ
Galangæ
Santalorum omnium
Cinnamomi
Ligni aloes
Spicæ indicæ
Piperis longi
Cardamomi minoris ana drachmam unam,
Roſarum rubrarum unciam ſemis,

Liquiritiæ drachmas duas,
Folii indici
Cubebarum ana ſcrupulos duos,
Croci auſtriaci ſcrupulum ſemis,

Fiat ex omnibus pulvis ſubtiliſſimus,& miſceatur, ſin & hæ ſpecies completæ deſiderentur, addi poſſunt

Galiæ moſchatæ drachmæ duæ,
Ambræ gryſeæ drachma una,
Moſchi ſcrupulus ſemis,

Et taliter permiſceantur.

Vires ſunt ſtomachicæ & cordiales, concoctionem promovent, vomitum ſiſtunt, flatus diſcutiunt, & humorum putredinem in ventriculo infringunt.

SPECIES AROMATICÆ ROSATÆ.

℞. Roſarum rubrarum uncias duas,
Liquiritiæ raſæ unciam unam,
Ligni aloes
Santali citrini ana drachmas tres,
Cinnamomi electi drachmas quinquè
Caryophyllorum
Macis ana drachmas duas ſemis,
Nucis moſchatæ
Cardamomi minoris
Galangæ ana drachmam unam,
Spicæ indicæ ſcrupulos duos,

Miſceantur, & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, ſi verò hæ ſpecies completæ arrideant, exparabuntur addendo

Ambræ gryſeæ drachmam ſemis,
Moſchi ſcrupulum unum,

Et prioribus benè commiſceantur.

In ventriculo roborando & concoctione promovenda inſignis ſunt virtutis.

SPECIES DIABORRACIS.

℞. Borracis venetæ uncias duas,
Caſſiæ ligneæ
Croci auſtriaci ana unciam ſemis,
Summitatum Sabinæ
Succini albi præparati ana drachmas duas,
Oſſis de corde cervi
Viſci quercini
Florum cheyri ana ſcrupulos quatuor,

Miſceantur in pulverem ſubtiliſſimum redacta.

Ad partum facilitandum, menſtrua ſuppreſſa, ſecundinas retentas, & fœtum mortuum eliminandum optato ſucceſſu adhibentur.

SPECIES DIACINNAMOMI.

℞. Cinnamomi acuti uncias duas,
Caſſiæ ligneæ
Radicis enulæ ana unciam ſemis,
Galangæ unciam unam,
Caryophyllorum

Pipe-

Piperis longi
Zinziberis
Cardamomi utriusquè
Macis
Nucis moſchatæ
Ligni aloes ana drachmas tres,
Croci auſtriaci drachmam unam,

In ſubtiliſſimum pulverem redacta miſceantur.

Concoctionem & nutritionem promovent, humorumquè putredini reſiſtunt.

SPECIES CORDIALES TEMPERATÆ.

℞. Margaritarum præparatarum drachmas ſex,
Serici crudi toſti
Coralliorum rubrorum præparatorum
Alborũ præparatorũ ana drachmas duas,
Ligni aloes
Spodii ex ebore ana drachmam unam,
Cinnamomi
Caryophyllorum
Oſſis de corde cervi
Doronici
Been utriusque ana drachmam unam ſemis,
Hyacinthi præparati
Smaragdi præparati
Saphiri præparati ana drachmam ſemis,
Croci auſtriaci ſcrupulum unum,
Foliorum argenti
Auri ana numerô decem,

Pulveriſentur, & permiſceantur; ubi completæ hæ ſpecies expetuntur, addatur
Ambræ gryſeæ
Moſchi ana drachma ſemis,

Ut completæ ſpecies fiant.

Cor confortant, lipothymias tollunt, & peſtis malignitati reſiſtunt.

SPECIES DIACRETÆ

℞. Cretæ albæ præparatæ unciam unam ſemis,
Nucis moſchatæ drachmas ſex,
Seminis cydoniorum
Liquiritiæ ana unciam ſemis,
Boli armenæ præparatæ
Coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmas duas,
Lapidis carpionum
Macis
Maſtichis electæ
Croci auſtriaci ana ſcrupulos quatuor,
Sacchari canarini libram unam,

Miſceantur exactè pulveriſata.

In ardore ventriculi â tartaro & bile flava orto optimo ſucceſſu reſolvunt, & præcipitant.

SPECIES DIACUBEBARUM.

℞. Cubebarum
Seminis ammomi ana uncias duas,
Santalorum omnium
Raſuræ eboris ana unciam unam,

Succini præparati unciam ſemis,
Miſceantur pulveriſata.

Virtutes ſunt incidentes, cerebrum cor & hepar confortantes.

SPECIES PRO CUCUPHA.

℞. Radicis ireos florentinæ unciam unam ſemis,
Herbæ betonicæ
Majoranæ
Roriſmarini ana unciam ſemis,
Salviæ drachmas duas,
Florum roſarum rubrarum unciam unam,
Lavendulæ
Cheyri ana drachmas duas,
Styracis in granis
Raſuræ ſuccini ana drachmas tres,
Spicæ indicæ
Santali citrini
Ligni rhodii ana drachmas duas,
Aloes drachmam unam,
Caryophyllorum
Cyperi rotundi
Cinnamomi
Aſæ dulcis ana ſcrupulos quatuor,
Miſceantur & fiat pulvis groſſus, excipiatur goſſypio, inſuatur pileo ſerico & interpaſſetur.

Ad capitis dolores contumaces leniendos & vertiginem tollendam inſignis ſunt efficaciæ.

SPECIES DIACUMINI.

℞. Seminis cumini unciam unam ſemis,
Cinnamomi
Caryophyllorum ana unciam ſemis,
Galangæ
Zinziberis
Piperis nigri
Herbæ ſatureiæ
Calaminthæ ana drachmas duas,
Seminis ammeos
Leviſtici ana drachmam unam ſemis,
Piperis longi
Spicæ indicæ
Nucis moſchatæ
Cardamomi minoris ana drachmam unam,
Miſceantur omnia ſubtiliſſimè pulveriſata.

Ventriculi, inteſtinorum & præcordiorum debilitati â frigido ortæ opitulantur, flatus & tenſiones hypochondriorum reſolvunt, indequè in quartana febri proſunt.

SPECIES DIACURCUMÆ.

℞. Radicis curcumæ uncias duas,
Chelidoniæ
Rhabarbari ana unciam unam,
Gentianæ
Galangæ
Valerianæ
Liquiritiæ ana unciam ſemis,

Corti-

Corticis radicis capparum
Tamariſci
Seminis naſturtii
Aquilegiæ
Petroſelini
Aniſi ana drachmas tres,
Croci auſtriaci
Caryophyllorum
Myrrhæ rubræ ana drachmam unam ſemis,
Salis abſynthii drachmas tres,

Miſceantur in ſubtilem pulverem redacta.

Ventriculi, hepatis & lienis morbis frigidis auxiliantur, cachexiam, hydropem & obſtructiones præcavent, flatus diſcutiunt, & urinam promovent.

SPECIES DIAGALANGÆ.

℞. Radicis galangæ
Ligni aloes ana drachmas ſex,
Caryophyllorum
Macis ana drahmas duas,
Zinziberis
Piperis longi
Albi
Cinnamomi
Calami aromatici ana drachmam unam ſemis,
Cardamomi majoris
Minoris
Spicæ indicæ
Seminis apii
Aniſi
Fœniculi
Carvi
Leviſtici
Herbæ calaminthæ ana drachmam unam,

Pulveriſentur ſingula, & probè miſceantur.

Ventriculi & hepatis intemperiem frigidam corrigunt, concoctionem promovent, ructus acidos, orisquè fœtorem inhibent, flatus quoquè & tenſiones diſſolvunt.

SPECIES DE GEMMIS FRIGIDÆ.

℞. Margaritarum præparatarum
Eboris ſine igne ana unciam unam ſemis,
Coralliorum alborum præparatorum
Rubrorum præparatorum
Santali citrini ana unciam unam,
Albi
Cornu cervi philoſophici
Been utriusque
Seminis acetoſæ
Baſiliconis
Hyacinthi præparati
Smaragdi præparati
Saphiri præparati
Sardæ præparati
Granati præparati
Florum borraginis
Bugloſſi ana unciam ſemis,
Roſarum rubrarum drachmas ſex,
Foliorum auri
Argenti ana numerò ſexaginta,

Miſceantur in ſubtiliſſimum pollinem redacta.

In febribus ardentibus, ſyncope, palpitatione cordis, tuſſi & aſthmate recommendantur.

SPECIES DE GEMMIS FRIGIDÆ ZWELFERIANÆ.

℞. Apicum cervi uſtorum præparatorum
Corticum citri extimorum recenter ſiccatorum
Nitri præparati ana unciam unam,
Radicis contrajervæ drachmas ſex,
Bezoar occidentalis
Unicornu marini veri
Foſſilis ana unciam ſemis,
Seminis citri excorticati
Aquilegiæ
Raparum
Macis
Margaritarum præparatarum
Coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmas duas,
Croci auſtriaci drachmam unam ſemis,

Cuncta in ſubtiliſſimum pulverem redacta miſceantur.

In febribus malignis, variolis, morbillis, aliisque exanthematibus expellendis inſignis ſunt efficaciæ, præſervativæ ſunt in podagra.

SPECIES DE HYACINTHO.

℞. Hyacinthi præparati
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Terræ ſigillatæ rubræ
Boli armenæ præparatæ ana drachmas ſex,
Granorum kermes, ſeu tinctorum
Radicis tormentillæ
Dictamni albi
Seminis citri mundati
Acetoſæ
Portulacæ
Croci auſtriaci
Myrrhæ rubræ
Roſarum rubrarum
Santalorum omnium
Unicornu foſſilis
Cornu cervi philoſophici
Raſuræ eboris ana drachmas quinquè,
Saphiri præparati
Smaragdi præparati
Topazii præparati
Margaritarum præparatarum
Serici crudi toſti ana drachmas tres,
Foliorum auri numerô octoaginta,
Argenti numerô quadraginta,

Miſceantur exactè pulveriſata; quibus completæ hæ ſpecies arrident, addant
Ambræ gryſeæ
Moſchi veri ana ſcrupulos quatuor,

In cardialgia, lipothymia, ſyncope, viribus proſtratis, febribus malignis, variolis, morbillis, imò & peſte recommendantur.

SPECIES HIERÆ PICRÆ.

℞. Cinnamomi acuti
Cubebarum
Radicis aſari
Spicæ indicæ
Maſtichis electæ
Croci auſtriaci ana drachmas ſex,
Aloes ſuccotrinæ libram unam,
Pulveriſata ſingula benè miſceantur.

Ad vitia ſtomachi corrigenda, cruditates abſorbendas, & inde ortam vertiginem tollendam virtutes ſuas exſerunt.

SPECIES DIAJALAPPÆ.

℞. Radicis Jalappæ reſinoſæ uncias tres,
Tartari vitriolati unciam ſemis,
Olei Cinnamomi ſcrupulum unum,
Miſceantur in pulverem ſubtilem.

Pituitam, bilem & flatus per inferiora blandè ſubducunt.

SPECIES IMPERATORIS.

℞. Cinnamomi optimi drachmas decem,
Zinziberis unciam unam,
Caryophyllorum unciam ſemis,
Galangæ
Nucis moſchatæ
Macis ana drachmas duas,
Miſceantur omnia benè pulveriſata, quæ etiam groſſo modo inciſa pro morſulis proſtant.

Cor & ventriculum frigido-flatulentum roborant, & concoctionem promovent.

SPECIES DIAJOVIS.

℞. Fæcularum radicis bryoniæ unciam ſemis,
Salis Jovis anglici
Coralliorum rubrorum
Matris perlarum ana drachmas tres,
Radicis dictamni albi
Pœoniæ ana drachmas duas,
Succini albi præparati
Croci auſtriaci
Viſci quercini
Antophyllorum ana drachmam unam,
Caſtorei veri ſcrupulum unum,
Redigantur in ſubtiliſſimum pulverem, & miſceantur.

In deſperatiſſima uteri ſuffocatione, & ſtrangulatione præſentaneum ſunt remedium.

SPECIES DIAIREOS.

℞. Radicis Ireos florentinæ unciam unam,
Sacchari candi albi
Specierum diatragacanthi frigidi ana unciam ſemis,

Miſceantur exactè pulveriſata.

In defluxionibus ad fauces ſtillantibus egregiam opem afferunt.

SPECIES DIALACCÆ.

℞. Gummi laccæ in granis
Rhabarbari electi ana drachmas tres,
Spicæ indicæ
Schœnanthi
Maſtichis electæ
Myrrhæ rubræ
Coſti
Cinnamomi
Croci auſtriaci
Caſſiæ ligneæ veræ
Gummi bdellii
Herbæ hyſſopi
Sabinæ
Salis abſynthii
Tartari vitriolati
Radicis rubiæ tinctorum
Ariſtolochiæ rotundæ
Gentianæ
Seminis ammeos
Apii
Fæniculi
Aniſi ana drachmam unam ſemis,
Piperis nigri
Zinziberis ana drachmam unam,

Pulveriſentur omnia, & permiſceantur.

Ventriculi, hepatisque infarctui & obſtructioni, urinæ & menſibus ſuppreſſis, cachexiæ atquè calculo medentur.

SPECIES LÆTIFICANTES.

℞. Corticum citri
Caryophyllorum
Croci auſtriaci
Cinnamomi
Nucis moſchatæ
Cardamomi majoris
Maſtichis electæ
Herbæ meliſſæ
Radicis been albi
Rubri
Zedoariæ
Doronici
Seminis pœoniæ
Baſiliconis ana unciam ſemis,
Foliorum auri numerô quinquaginta,
Argenti numerô viginti quinquè,

Pulveriſentur omnia, & permiſceantur; qui completas has ſpecies ambit, addat

Galiæ Moſchatæ unciam ſemis,
Moſchi ſcrupulum unum,

Affectibus cordis, hepatis & ventriculi ſubveniunt, palpitationem, inappetentiam, oris fœtorem, cachexiam, icterum & melancholiam tollendo, concoctionem & vires inſtaurando, intemperiemquè frigidam corrigendo.

SPECIES LIBERANTES.

℞. Boli armenæ præparatæ
Terræ lemniæ
Radicis tormentillæ

Semi-

Seminis acetoſæ
Citri ana drachmas duas,
Santalorum omnium
Radicis dictamni albi ana drachmam unam,
Doronici romani
Zedoariæ
Been utriusquè
Margaritarum præparatarum
Coralliorum alborum præparatorum
Rubrorum præparatorum
Succini albi præparati
Raſuræ eboris
Cornu cervi philoſophici
Cinnamomi
Macis
Ligni aloes
Croci auſtriaci ana drachmam ſemis,
Lapidis ſmaragdi
Hyacinthi
Granati ana præparatorum ſcrupulos duos,
Pulveriſata permiſceantur pro uſu.

In febribus malignis & peſte cor â veneno liberant, & ſudores movent.

SPECIES DIAMARGARITI.

℞. Margaritarum præparatarum drachmas ſex,
Florum roſarum rubrarum
Nymphææ albæ
Borraginis
Granorum kermes, ſeu tinctorum
Santali albi
Citrini
Ligni aloes
Coralliorum alborum præparatorum
Rubrorum præparatorum ana drachmas duas,
Pulveriſata exactè miſceantur.

In virium debilitate, tuſſi, aſthmate, & tabe adhibentur, reconvaleſcentes quoquè mirùm reficiunt.

SPECIES DIAMOSCHU DULCES.

℞. Croci auſtriaci
Radicis doronici
Zedoariæ
Ligni aloes
Macis ana drachmas duas,
Margaritarum præparatarum
Succini albi præparati
Coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmas duas ſemis,
Piperis longi
Cubebarum
Seminis baſiliconis
Radicis zinziberis ana drachmam unam ſemis,
Folii indici
Spicæ indicæ
Caryophyllorum ana drachmam unam,
Pulveriſentur, & commiſceantur; ut autem & completæ fiant hæ ſpecies, addi poſſunt
Galiæ moſchatæ drachma una ſemis,
Moſchi ſcrupuli duo,

Vertigini, epilepſiæ, melancholiæ, cordis palpitationi ac ſpirandi difficultati ſubveniunt, cachexiam, ventriculiquè debilitatem corrigunt.

SPECIES DIAOLIBANI.

lulatus / iaro Suffo. / , antie. ſil / da.

℞. Radicis pœoniæ
Ireos florentinæ ana drachmas tres,
Olibani optimi drachmam unam ſemis,
Cornu alcis ſine igne parati
Cranii humani ſine igne calcinati
Viſci quercini
Croci auſtriaci ana drachmam unam,
Sacchari candi albi uncias duas,
Pulveriſata ſubtiliſſimè miſceantur.

Præcavent hæ ſpecies ab apoplexia, epilepſia & catarrho ſuffocativo, cerebrum & cor confortando, materiamquè peccantem propellendo.

SPECIES DIAPIPERION.

℞. Trium piperum ana drachmas ſex,
Seminis aniſi
Herbæ thymi
Radicis zinziberis ana drachmam unam,
Pulveriſentur, & permiſceantur.

Ad ventriculi refrigerationes & inflationes, nec non ructus acidos corigendos adhibentur.

SPECIES DIAPLANTAGINIS.

℞. Succi liquiritiæ
Terræ ſigillatæ rubræ ana unciam unam,
Radicis plantaginis
Biſtortæ
Tormentillæ ana drachmas ſex,
Croci martis adſtringentis
Cornu cervi uſti præparati
Corticum granatorum ana unciam ſemis,
Lapidis hæmatitis præparati
Flavedinis corticum aurantiorum
Nucis moſchatæ ana drachmas tres,
Foliorum ſalviæ cruciatæ
Florum balauſtii
Viſci quercini ana drachmas duas,
Coralliorum rubrorum præparatorum
Seminis plantaginis
Priapi cervi ana drachmam unam ſemis,
Tunicæ interioris de ventriculo gallinæ præparatæ
Caryophyllorum
Sanguinis draconis
Succi hypociſtidis ana drachmam unam,
Pulveriſentur exactè omnia, & perpermiſceantur.

In mictu aut exſcreatione ſanguinis, Dyſenteria, menſibus ſuperfluis, inteſtinorum, renum, veſicæ & meatûs urinarii exulcerationibus opitulantur, pu-

erperis-

erperisquè incontinentiam urinæ poſt partum provenientem tollunt recommendante Mynſichto.

SPECIES DIARHODON.

℞. Florum roſarum rubrarum uncias duas,
Santali rubri
Albi ana unciam ſemis,
Radicis liquiritiæ
Seminis aniſi ana drachmas duas,
Baſiliconis
Margaritarum præparatarum
Cinnamomi acuti
Spicæ indicæ
Raſuræ eboris
Cornu cervi philoſophici
Croci auſtriaci
Maſtichis electæ
Rhabarbari electi ana drachmam unam,
Pulveriſata benè permiſceantur,

In lipothymia, cardialgia, ictero, phthiſi & cæliaca paſſione proſunt ventriculum & cor confortando mucumquè reſolvendo.

SPECIES DIATARTARI.

℞. Tartari vitriolati
Magiſterii ſcamonei pinearum drachmis duabus ſubacti ana unciam unam,
Turbith albi & gummoſi
Hermodactylorum alborum ana unciam ſemis,
Olei Caryophyllorum
Cinnamomi ana ſcrupulum ſemis,
Pulveriſentur, & miſceantur.

In podagra & cujuſcunquè generis defluxionibus tartareis, ſcorbuto & arthritide conveniunt, tartarum, bilem & pituitam leniter ſubducendo, cutis quoquè vitia tollunt.

SPECIES DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

℞. Tragacanthi candidi uncias duas,
Gummi arabici drachmas decem,
Amyli
Radicis liquiritiæ ana unciam ſemis,
Seminum quatuor frigidorum majorum excorticatorum ana drachmam unam,
Papaveris albi drachmas tres,
Sacchari candi albi uncias tres,
Pulveriſata exactè commiſceantur.

Pectoris & pulmonum vitia ab inflammatione orta corrigunt, in pleuritide, peripneumonia, tabe, aſperitate linguæ, & ſiti immodica bono ſucceſſu adhibentur.

SPECIES DIATRION SANTALON.

℞. Santalorum trium ana unciam ſemis,
Florum roſarum rubrarum uncias tres,

Seminis violarum unciam ſemis,
Endiviæ
Portulacæ
Melonum excorticati
Gummi tragacanthi electi
Arabici albi ana drachmam unam,
Rhabarbari electi
Raſuræ eboris
Succi liquiritiæ ana drachmas duas,
Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus probè miſcendus.

In febribus ardentibus, cardialgia, ictero & phthiſi intemperiem calidam optato ſucceſſu corrigunt.

SPECIES DIATURBITH CUM RHABARBARO.

℞. Rhabarbari electi
Turbith gummoſi ana uncias duas,
Hermodactylorum unciam unam,
Diagrydii ſulphurati pineis ſubacti
Cremoris tartari
Seminis violarum ana unciam ſemis,
Fiat ex pulveriſatis mixtio addendo
Olei cinnamomi guttas decem.

Pituitam & flavam bilem, aquam intercutalem, ut & vermes blandè è corpore amandant.

SPECIES DIAXYLOALOES.

℞. Ligni aloes electi uncias duas,
Florum roſarum rubrarum
Radicis been albæ
Corticum citri ana unciam unam,
Caryophyllorum
Spicæ indicæ
Cardamomi majoris
Cubebarum
Macis ana drachmas ſex,
Maſtichis electæ
Coralliorum rubrorum præparatorum
Cinnamomi acuti
Margaritarum præparatarum
Cyperi rotundi
Succini albi præparati
Schœnanthi
Herbæ majoranæ
Menthæ criſpæ
Zinziberis
Zedoariæ
Piperis longi
Seminis baſiliconis ana unciam ſemis,
In ſubtiliſſimum pulverem redacta miſceantur.

Ventriculi & cordis affectiones frigidas, ſyncopem, inappetentiam, ut & oris fœtorem tollunt.

CLAS-

CLASSIS DECIMA QUARTA.

DE

SPIRITIBUS

Compoſitis & ſimplicibus.

SPIRITUS ANTIMONII, SEU CLYSSUS MINERALIS, SIVE AQUA STIMMI SULPHUREA.

℞. Antimonii hungarici
Salis nitri puri
Sulphuris citrini ana libram unam,

Propellantur per retortam in ſuperiori ventris cavitate tubulatam in receptaculum capaciſſimum roſtro firmiter adhærens, in quo quædam aquæ portio infuſa ſit; injiciatur maſſa ſenſim per vices, tubulumquè mox obturetur, & videbitur materia injecta paulò poſt incendi, receptaculumquè nebuloſis repleri vaporibus, qui, ubi ſenſim aquæ in recipienti contentæ ſe commiſcuerint, receptaculum reddent pellucidum, quo apparente injiciatur rurſus de maſſa, & id ſæpius repetatur; aqua ſpiritibus deſtillatis imprægnata filtretur, vel ſi aduſtionem ſapiat, ex balneo mariæ, lege artis, â phlegmate ſeparetur.

Medicamentum eſt aperitivum per alvum, urinam & ſudorem movens, hinc in obſtructionibus viſcerum internorum bono ſucceſſu exhibetur.

SPIRITUS APERITIVUS PENOTI.

℞. Vitrioli hungarici modicùm calcinati libras quatuor,
Salis tartari libram unam,
Silicum calcinatorum libras tres,

Pulveriſata miſceantur, & ſtent per quatuordecim dies in cella, dein deſtillentur per retortam igne gradatim aucto, poſtea extrahatur ex capite mortuo ſal ſuum, & inſpiſſetur in vaſe terreo vitreato, iſtud ſal miſceatur cum priori ſpiritu deſtillato, & deſtilletur per alembicum, ternis aut quaternis vicibus cohobando, donec ſpiritus totam acredinem perdiderit.

ſal remanens in fundo diſſolvatur cum aqua calida, & factâ filtratione inſpiſſetur, lege artis, ad cryſtalliſandum, pro tartaro vitriolato aſſervandum.

In obſtructionibus hepatis, lienis, & meſenterii reſerandis, affectuquè hypochondriaco minuendo inſignis eſt efficaciæ.

SPIRITUS AROMATICUS.

Habetur ſub ſale volatili oleoſo.

SPIRITUS ASTHMATICUS.

℞. Viridis æris uncias octo,
Gummi ammoniaci uncias quatuor,
Sulphuris uncias tres,

Miſceantur, & deſtillentur per retortam, dein ſeparetur per alembicum ſpiritus ab oleo, & dein rectificetur per alembicum, cui imponatur nodulus cum croci drachma una.

In reſpirationis difficultate & aſthmate ſummoperè recommendatur â Michaële.

SPIRITUS CARMINATIVUS SEU NITRI DULCIS COMPOSITUS.

℞. Florum chamæmeli romani
Baccarum juniperi ana unciam unam,
Lauri
Corticum citri ana drachmas tres,
Aurantiorum unciam ſemis,
Radicis angelicæ
Foliorum menthæ
Seminis fœniculi
Aniſi
Carvi
Badiani ana unciam ſemis,
Macis
Nucis moſchatæ
Cinnamomi ana drachmas duas,
Salis tartari unciam ſemis,
Spiritûs vini libras quatuor,

Poſt macerationem fiat, lege artis, deſtillatio, dein

℞. Hujus deſtillati ſpiritûs uncias ſeptem,
Spiritûs nitri uncias tres,

Digerantur per aliquot dies, dein leniter ſpiritus abſtrahatur, & bis vel ter, ſecundum artem, cohobetur.

Ad colicam ſiſtendam, flatus diſpellendos, & paroxiſmos aſthmaticos ſopiendos recommendatur â Deckero.

SPIRITUS CARMINATIVUS DE TRIBUS.

℞. Nitri
Tartari ana libras duas,
Cinerum clavellatorum libram unam,

Miſceantur, & per retortam tubulatam, appoſito capaci recipiente, cui ſpiritûs vini rectificati libræ duæ

duæ inſint, parum ſucceſſivè injiciendo deſtillentur, tandemque ſuper capite mortuo ſpiritus, lege artis, rectificetur.

Priori carminativo ſpiritui quoad vires æquiparatur.

SPIRITUS EPILEPTICUS PUERORUM.

℞. Vitrioli hungarici libras quatuor,

Addantur

Urinæ puerorum ſanorum recenter collectæ libræ quatuor,

Digerantur vaſe clauſo in balneo mariæ aliquamdiu, poſtea ex eodem vaſe deſtilletur, lege artis, ad ſiccitatem duplex phlegma, quorum primum eſt paregoricum ad podagram, alterum ophthalmicum; caput mortuum pulveriſatum ex retorta valida terrea, igne nudo, ab initio tamen leni, in capacem recipientem urgeatur, prodeuntibus mox ſpiritibus liquor promanat ſulphurei odoris, & ſaporis ſubauſteri, qui per retortam ſemel atquè iterum rectificetur, & uſui ſervetur.

Vires ab ipſa denominatione teſte Hartmano deſumuntur.

SPIRITUS FUMANS.

Habetur ſub deſcriptione eſſentiæ vitrioli.

SPIRITUS MASTICHINUS.

Præparatur in deſtillatione olei maſtichini, ſpiritum ab oleo ſeparando, &, lege artis, rectificando.

In ventriculi imbecillitate ac cruditate, ut & colica auxiliatur.

SPIRITUS MATRICALIS.

℞. Maſtichis electæ
Myrrhæ rubræ
Olibani electi
Succini albi ana libram ſemis,
Spiritûs vini libras ſex,

Peractâ digeſtione, lege artis, deſtillentur, & ſervetur ſpiritus, qui etiam absque deſtillatione per infuſionem parari poteſt.

Ad dolores leniendos, grumoſum ſanguinem reſolvendum, & diaphoreſim procurandam exhibetur.

SPIRITUS MENSTRUALIS.

℞. Salis armoniaci libram unam,
Olei vitrioli optimi libram ſemis,
Aceti deſtillati libras duas,

Indantur retortæ, & inſtituatur deſtillatio primô leni, ultimò fortiſſimo igne, & prodibit ſpiritus penetrantiſſimus, in collo retortæ invenientur flores ſalis armoniaci pro ſeparato uſu.

Hic ſpiritus adhibetur pro præparandis magiſteriis, & in alios uſus chymicos.

SPIRITUS NITRI DULCIS SIMPLEX. ✳

℞. Spiritûs nitri rectificati libras ſex,
Vini rectificatiſſimi tartariſati libras novem,
Mixti digerantur per triduum, poſtea deſtillentur per alembicum, alembicus autem ſit magnæ capacitatis, ut benè circulari poſſit, & ſic toties cohobetur, donec omnis acredo ablata ſit.

In pleuritide & peripneumonia nephritide, colica & flatibus, ut & aſthmate recommendatur.

SPIRITUS DIAPENTE.

℞. Elixirii proprietatis unciã unam,
Spiritûs theriacalis camphorati
Salis rectificati
Vitrioli rectificati
Tartari rectificati ana drachmam unam,
Miſceantur, digerantur, & ſervetur ſpiritus uſui.

Sudorem & urinam prolicit, ventriculi, capitisquè affectibus medetur.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI AMMONIACATUS.

℞. Gummi ammoniaci uncias quatuor,
Salis tartari libram ſemis,
Armoniaci libram unam,
Spiritûs vini ſimplicis libras tres,
Miſceantur, digerantur, tandem, lege artis, ſpiritus deſtilletur.

In obſtructionibus contumacibus hepatis, lienis & uteri adhibetur, tartaream pariter & viſcoſam pulmonibus impactam mucilaginem reſolvit.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI ANISATUS.

℞. Seminis aniſi
Salis tartari ana libram ſemis,
Armoniaci libram unam,
Spiritûs vini ſimplicis libras tres,
Miſceantur, & digerantur in balneo vaporis, & dein deſtilletur ſpiritus.

In affectibus pectoris leniendis, & flatibus diſcutiendis egregias virtutes poſſidet.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI MARTIALIS.

℞. Salis armoniaci
Limaturæ martis ana libram unam,
Lixivii fortiſſimi libras tres,
Digerantur per octiduum, vaſe optimè clauſo, dein addatur ſucceſſivè
Calcis vivæ libra una ſemis,
Quo facto, lege artis, deſtilletur ſpiritus.

Virtutes ſunt aperientes & incidentes, ſpecificæ in ictero & febribus quartanis.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI SIMPLEX.

℞. Salis armoniaci libras duas,
Tartari libram ſemis,

Lixivii

Lixivii calcis vivæ libras octo,
Miſceantur, & per alembicum, lege artis, deſtilletur ſpiritus.

Ad diaphoreſin & diureſin procurandam, ſoporoſos item & hyſtericos affectus profligandos exhibetur.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI SUCCINATUS.

℞. Succini citrini raſpati
Salis tartari ana libram ſemis,
Armoniaci libram unam,
Spiritûs vini ſimplicis libras tres,
Miſceantur, digerantur in arena, tandem, lege artis, ſpiritus deſtilletur.

Ad capitis & nervoſi generis, ut & uteri affectus ſummè eſt proficuus.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI VINOSUS.

℞. Salis armoniaci libras duas,
Tartari libram ſemis,
Spiritûs vini ſiimplicis libras octo,
Miſceantur, & deſtilletur ſpiritus.

Mediante hoc ſpiritu addendo olea, e.g. ſaſſafras, Cinnamomi &c. poſſunt inſtantaneè ſpiritus ſalis armoniaci ſaſſafraſſati & conſimiles parari.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritûs ſalis rectificati libras ſex,
Vini rectificati libras novem,
Digerantur, & circulentur commodo in vaſe per octiduum, dein per alembicum deſtillentur per ternas cohobationes.

Virtutes ſunt diureticæ & lithontripticæ, præſervat quoquè â peſte & putredine humorum.

SPIRITUS TARTARI COMPOSITUS.

℞. Spiritûs tartari ſimplicis libras duas,
Salis tartari
Armoniaci ana uncias quatuor,
Florum lavendulæ unciam unam ſemis,
Miſceantur, &, lege artis, deſtilletur ſpiritus.

Diaphoreticus eſt & aperiens, in chloroſi, paralyſi, ictero & pleuritide virtutes ſuas exercet.

SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS.

℞. Theriacæ andromachi uncias decem,
Myrrhæ rubræ uncias quinque,
Croci auſtriaci unciam unam,
Spiritûs vini rectificatiſſimi libras quatuor,
Stent in vaſe benè clauſo, loco tepido, dein ex cucurbita, juncturis optimè clauſis, in balneo mariæ ſpiritus omnis deſtilletur, tùm in eo ſolvantur
Camphoræ drachmæ ſex.

Ad ſudores proliciendos in peſte, ictero, & febribus quartanis optato ſucceſſu exhibetur.

SPIRITUS DIATRION, SEU MIXTURA SIMPLEX.

℞. Spiritûs theriacalis camphorati
uncias quinquè.
Tartari rectificati uncias tres,
Vitrioli unciam unam,
Miſceantur, & in vitro benè clauſo per aliquot dies digerantur.

Ad viſcerum obſtructiones reſerandas, & malignitatem per ſudores expellendam maximi uſûs eſt.

SPIRITUS VINI ALKOHOLISATUS MENSTRUALIS.

℞. Salis tartari
Armoniaci ana uncias duas,
Spiritûs vini rectificatiſſimi libras octo,
Miſceantur, & deſtillentur.

Commodum menſtruum ad tincturas extrahendas ſuppeditat.

SPIRITUS VINI ALKOHOLISATUS SINE ODORE.

℞. Spiritûs vini ex fæcibus deſtillati rectificatiſſimi quantum placet,
Admiſceantur
Aquæ fontanæ puræ, vel, ſi placet, deſtillatæ dupla aut tripla portio,

Et in momento lacteſcet; hæc mixtura lactea denuò deſtilletur per alembicum novum, ſic ſpiritus vini durus tranſibit, & aqua graveolens manebit relicta; quod ſi fœtor omnis ablatus non fuerit, reiteretur prægreſſa deſtillatio.

Inſervit quoquè pro extractione plurimarum tincturarum.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Spiritûs vini optimè rectificati
libram unam,
Diſſolvatur in ea
Camphoræ uncia una ſemis,
Et ſervetur uſui.

Virtutes ſunt diaphoreticæ, cephalicæ, & diſcutientes, hinc in contuſionibus & luxationibus externus quoquè uſus conducit.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

℞. Spiritûs vini optimè rectificati
libras duas,
Salis tartari probè depurati & ſiccati uncias quatuor,
Miſceantur, & è cucurbita vitrea exactè clauſa, moderato arenæ igne, lege artis, ſpiritus deſtilletur.

Qui pariter ad diverſas tincturas extrahendas utiliter adhibetur.

SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS.

℞. Aquæ fontanæ quantum placet, injiciatur in eam butyri antimo-

nii ſufficiens quantitas, aqua â mercurio vitæ decantata rectificetur pro ſpiritu.

In febribus, lue venerea, lienis & meſenterii obſtructionibus, ventriculi infarctu & melancholia hypochondriaca ſalubriter adhibetur.

SPIRITUS MAGIS SIMPLICES.

SPIRITUS ABSYNTHII.

℞. Herbæ abſynthii recentis magnam quantitatem, conſcindatur & contundatur, ac modicâ aquæ calentis quantitate irroretur, dein cum ſufficienti fermento panis, & fœcibus vini reponatur loco tepido ad fermentationem, usque dum ſpiritus odore acidiuſculo percipiatur, tandem deſtilletur per alembicum, ſi ſpiritus prolectus ſæpius rectificetur, prodibit ſpiritus abſynthii fortis.

Modo eodem parantur:

Spiritus Beccabungæ,
Centaurii minoris,
Ceraſorum nigrorum,
Cochleariæ,
Cydoniorum,
Ebuli ex baccis,
Fragorum,
Juniperi ex baccis,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Meliſſæ,
Menthæ,
Naſturtii,
Primulæ veris,
Roriſmarini,
Roſarum,
Rubi idæi,
Sambuci ex baccis,
Serpilli,
Trifolii fibrini,
Et aliorum.

Quorum ſpirituum virtutes ſimplicibus ingredientibus correſpondent.

SPIRITUS ANISI.

℞. Seminis aniſi contuſi libram unam,
Spiritûs vini libras quatuor,
Macerentur per aliquot dies, & per balneum mariæ ſpiritus deſtilletur.

Ad hanc normam deſtillantur:

Spiritus calami aromatici,
Carvi,
Corticum aurantiorum,
Corticum citri,
Fœniculi,
Formicarum,
Lumbricorum terreſtrium.

Earundem cum ingredientibus ſimplicibus virtutum.

SPIRITUS CORNU CERVI VOLATILIS.

℞. Cornua cervi ponderoſa in fruſta diſſecta, retortæ terreæ indita, igne aperto per gradus aucto, in amplum recipiens vas deſtillentur, eo uſque, donec nullæ amplius nebulæ compareant, peractâ deſtillatione ſpiritus collectus, ſal & oleum,

oleum, lege artis, ab invicem ſeparentur, ſpiritus cornu cervi ab oleo ſeparatus rectificetur, ſal verò cum additione cornu cervi uſti & modicâ portione ſpiritûs vini rectificatiſſimi ſublimetur per phiolam, oleum in uſus externos rectificetur per retortam cum cineribus mixtum, caput mortuum calcinetur ad albedinem pro cornu cervi uſto.

Vires ſunt aperientes & incidentes, antiſpaſmodicæ & alexipharmacæ.

Eodem modo parantur:

Spiritus e corde cervi ſiccato,
Cranii humani,
Ungulæ alcis.

Virtutibus conſimilibus pollentes.

SPIRITUS FULIGINIS.

℞. Fuliginis nigerrimæ ſplendentis quantum placet,

Impleatur retortæ terreæ tertia pars, applicetur recipiens capaciſſimum, juncturis optimè clauſis, inſtituatur deſtillatio igne aperto ſucceſſivè per gradus aucto, ſpiritus prolectus cum ſale volatili & oleo è recipiente effundatur, atquè oleum chartâ bibulâ madefactâ ſeparetur, ſal verò volatile ulteriùs, lege artis, ſublimetur.

In aſthmaticis & convulſivis, uti & hyſtericis extemporaneum eſt remedium.

SPIRITUS LIGNI GUAJACI.

℞. Ligni guajaci raſpati quantum placet,

Immittatur in retortam, & deſtilletur, ſpiritus egreſſus ab oleo ſeparetur, & rectificetur.

Blandum hic ſpiritus ſuppeditat diaphoreticum.

Ita etiam paratur:

Spiritus viſci quercini.

Cujus virtutes ſunt epilepticæ & hyſtericæ.

SPIRITUS LUMBRICORUM VOLATILIS.

Paratur ex lumbricis terreſtribus ſiccis, ad normam ſpiritûs cornu cervi volatilis proceſſum inſtituendo.

Uſus eſt diaphoreticus & diureticus arthriticis præprimis recommendandus.

SPIRITUS MELLIS.

℞. Mellis puri libras duas,
Arenæ mundæ libram unam,

Miſceantur, & ex arena per retortam, igne gradatim aucto, fiat deſtillatio, liquor prodiens per humectatam chartam emporeticam ſeparetur ab oleo, & ex arena, lege artis, rectificetur, atquè phlegmate primùm prodeunte ſeparatim ſervato, ſpiritus uſui aſſervetur.

Ad

Ad obſtructiones reſerandas, urinam quoque & calculum eliminandum adhibetur.

SPIRITUS PANIS TRITICEI.

℞. Panis triticei in fruſta diſſecti, & optimè exſiccati quantum lubet,

Indatur retortæ, deſtilletur, & ſpiritus ab oleo ſeparatus, lege artis, rectificetur.

Pro menſtruo ad tincturas extrahendas adhiberi ſolet.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS ACIDUS.

℞. Salis communis decrepitati libras duas,
Argillæ libras ſex,

Mixta, & cum aqua fontis in globulos formata & exſiccata retortæ loricatæ indantur, manente tertiâ ejus parte vacuâ, tum igne gradatim aucto in amplum vas recipiens inſtituatur deſtillatio, donec nulli amplius ſpiritus compareant, liquor deſtillatus in arena â phlegmate rectificetur.

Diureticus eſt & lithontripticus, hinc obſtructionibus hepatis & lienis, ictero & hydropi conducit.

SPIRITUS SALIS NITRI SIMPLEX.

℞. Nitri depurati libram unam,
Boli communis libras tres,

Optimè mixta, &, ſi placet, cum aqua fontana in globulos redacta & ſiccata ex retorta loricata, cujus tertia pars vacua maneat, in amplum vas recipiens deſtillentur igne per gradus aucto, donec inſignis in recipiente rubedo minuatur, nulliquè amplius ſpiritus prodeant.

Ad æſtum febrilem, ſitimquè nimiam contemperandam, anginam quoquè & colicam mitigandam creber. ejus uſus eſt.

SPIRITUS SULPHURIS PER CAMPANAM.

℞. Tempore pluvioſo ſub campana vitrea (cujus interior pars pro faciliori ſpirituum reſolutione aquâ humectanda eſt) vas aliquod terreum ponatur cum ſulphure, quod accendatur, vas verò ſuppoſitum ita applicetur ad campanam, ne fumi egredientes flammam ſuffocent, ſed liberè aſcendentes in liquorem coagulentur, qui in vitro ſuppoſito colligatur. Poteſt etiam hujus ſpiritûs præparatio inſtitui per retortam tubulatam.

In peſte, aſthmate & conſimilibus pectoris affectibus adhibetur.

SPIRITUS TARTARI SIMPLEX.

℞. Tartari albi puri & craſſiuſculè confracti quantum placet,

Immittatur in retortam, ut tertia pars vacua maneat, cui in arenam locatæ recipiens ſat capax vas adapte-

adaptetur, & benè lutetur, igne ſucceſſivè per gradus aucto, donec ſpiritus nebularum formâ cum oleo egreſſi fuerint, quæ ab invicem ſeparentur per filtrum prius aquâ humectatum, & ſpiritus ſuper cineres, lege artis, rectificetur.

Virtutes habet incidentes, attenuantes, reſolventes & diſcutientes.

SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

Habetur ſub deſcriptione olei terebinthinæ.

In tuſſi, tartareisque pulmonum affectibus, renum & veſicæ obſtructionibus, ulceribus item venereis recommendatur.

SPIRITUS VENERIS.

℞. Viridis æris quantum placet, irroretur aceto deſtillato, dein, lege artis, ex retorta inſtituatur deſtillatio.

Pro commodo menſtruo ad margaritas, corallia, & ſimilia ſolvenda adhibetur.

SPIRITUS VIPERARUM VOLATILIS.

Paratur ex viperis in umbra ſiccatis ad normam ſpiritûs cornu cervi volatilis, & ſpiritûs lumbricorum volatilis.

Virtutes poſſidet incidentes, & ſanguinem depurantes in affectionibus ſoporoſis & hyſtericis.

SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Vitrioli hungarici quantum placet,

Impleatur cucurbitæ vitreæ humilis media pars, fiatquè in balneo mariæ deſtillatio, quod ros vitrioli dicitur, dein per arenam urgeatur deſtillatio, & ſpiritus vitrioli volatilis prodibit; reſiduum retortæ lutatæ injiciatur, manente tertiâ parte vacuâ, ignequè aperto gradatim aucto ſpiritus in amplum vas recipiens propellatur tam diu, donec nebularum inſtar ſpiritus prodire deſierint, tum ſtatim vas recipiens cautè removeatur, ne ſpiritus in caput mortuum regredi valeant.

In hungarica, aliisquè malignis febribus ſummâ efficaciâ adhibetur.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

Paratur eodem modo, quo ſpiritus nitri dulcis, viribus conſonis pollens.

SPIRITUS URINÆ.

℞. Urinæ hominis maſculi ſani quantum placet, ſtet in vaſe terreo per tres vel quatuor ſeptimanas, ut fœtere incipiat, inſpiſſetur dein ad mellaginem, & per retortam cum arenæ ſufficienti quantitate in capax vas recipiens deſtilletur lento igne, nam fortis ignis in ſpumam agitatam maſſam faceret

ret retortam tranſcendere, ſic ſpiritus tranſibit, & ſal in recipiente adhærebit, ſpiritus rectificetur, & ſal, lege artis, ſublimetur.

Ob vires aperientes & incidentes recommendatur in hydrope, ictero, cachexia, ſcorbuto, & affectione hypochondriaca.

CLASSIS DECIMA QUINTA.

DE

SYRUPIS,

Julapiis, Mellibus, Mivis, Pulpis, & Rob.

SYRUPUS DE ABSYNTHIO.

℞. Abſynthii romani
Vulgaris ana uncias tres,
Florum roſarum rubrarum uncias duas,
Spicæ indicæ drachmas tres,
Succi cydoniorum libras quatuor,
Macerentur per noctem in vaſe fictili, dein fiat decoctio & expreſſio, colaturæ addantur clarificatæ
Sacchari libræ duæ,
Ut fiat ſyrupus.

Ventriculi & hepatis, aliorumquè viſcerum imbecillitati & cachexiæ ſubvenit, appetitum excitando, flatus diſpellendo, urinam promovendo & diarrhæas ſiſtendo.

SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

℞. Florum acaciæ recentium libras tres,
Macerentur per viginti quatuor horas in
Aquæ fontanæ bullientis libris ſex,
Exprimantur, & repetatur terna infuſio cum novis floribus, tandem clarificatus ſuccus cum
Sacchari albi libris tribus,
Coquatur in ſyrupum.

Ichores ſanguini permixtos, ſuperfluumquè ſerum leniter purgat.

Eodem modo parantur :

Syrupus florum perſicorum,
Roſarum ſolutivus,
Roſatus aureus moſchatus.

Quorum virtutes cum ſuperiori conveniunt.

SYRUPUS ACETOSÆ.

℞. Succi acetoſæ per reſidentiam depurati & filtrati libram unam,
Sacchari clarificati libras duas,
Fiat unicâ ebullitione ſyrupus.

In febribus bilioſis æſtum temperando, & viſcera confortando recommendatur.

Similiter conficiuntur :

Syrupus acetoſellæ,
Acetoſitatis citri,
De agreſta,
Berberum,
Ceraſorum acidorum,
Cydoniorum,
Fragorum,
Granatorum acido-dulcium,
Dulcium,
Mororum,
Myrtillorum,
De pomis ſimplex,
Ribium,
Rubi idæi.

Quorum ſyruporum vires ab ingredientium ſimplicium virtute dignoſcuntur.

SYRUPUS DE ALTHÆA.

℞. Specierum decocti de althæa uncias octo,
Coquantur in
Aquæ fontanæ libris octo,
Tribus aut quatuor ebullitionibus, dein colatura clarificata cum
Sacchari albi libris quatuor,
Fiat, ex arte, ſyrupus.

Urinæ impedimenta tollit, craſſam viſcidam, purulentamquè in renibus ſtagnantem materiam, ut & arenam blandè ſubducit.

SYRUPUS ANTICAUSODICUS.

℞. Succi ſempervivi majoris uncias quatuor,
Cancrorum fluviatilium
Roris vitrioli
Aceti roſati ana uncias tres,
Mellis clarificati
Sacchari albi ana libram unam,
Coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam.

In febribus ardentibus linguæ ſiccitatem humectat, aſperitatem lenit, & æſtum contemperat.

SYRUPUS DE ARTEMISIA.

℞. Radicis rubiæ tinctorum
Ruſci ana uncias duas,
Caſſiæ ligneæ
Herbæ artemiſiæ ana unciam unam,

Pule-

Pulegii
Meliſſæ
Dictamni cretici
Sabinæ
Seminis nigellæ ana unciam ſemis,
Florum hyperici drachmas duas,

Digerantur per noctem in
Aquæ fontanæ libris quinque,
Manè unâ vel alterâ ebullitione peractâ, colatura clarificata cum
Sacchari albi libris duabus,
Redigatur in ſyrupum.

Menſibus ſuppreſſis, uteri ſuffocationi, & difficili partui ſubvenit.

SYRUPUS AURANTIORUM è CORTICIBUS.

℞. Corticum aurantiorum extimorum recentium uncias ſex,
Vini generoſi libras duas,

Macerentur loco calido per viginti quatuor horas, vaſe probè clauſo, tum vinum decantetur, filtretur, & cum
Sacchari clarificati libris duabus,
In vaſe clauſo coquatur ſyrupus.

Concoctionem promovet, flatus diſpellit, cor & ventriculum roborat.

SYRUPUS DE BETONICA.

℞. Succi betonicæ expreſſi & depurati
Sacchari albi ana libras tres,

Clarificando coquantur in ſyrupum.

Capitis & uteri affectibus convenit, leniter aperiendo, incidendo & abſtergendo.

Eodem modo coquuntur:

Syrupus cardui benedicti,
Cichorei ſimplex,
Cochleariæ,
Endiviæ ſimplex,
Fumariæ ſimplex,
Hederæ terreſtris,
Meliſſæ,
Menthæ,
Plantaginis,
Portulacæ ſimplex,
Scabioſæ,
Scordii,
Veronicæ.

Quorum virtutes ſimplicibus contentis correſpondent.

SYRUPUS FLORUM BORRAGINIS.

℞. Florum borraginis recentium libram unam ſemis,
Aquæ fontanæ calentis libras tres,

Fiat infuſio per viginti quatuor horas, dein expreſſio, & colatura cum
Sacchari albi libris tribus,
Coquatur in ſyrupi clarificati conſiſtentiam.

Maniacis, melancholicis & animô languentibus perquam proficuus eſt.

Ad hanc normam conficiuntur:

Syrupus florum bugloſſi,
Florum farfaræ,
Florum nymphææ,
Florum papaveris erratici,
Florum pœoniæ,
Florum tunicæ.

Qui ſimplicium ſuorum virtutes æmulantur.

SYRUPUS VEL JULAPIUM CAPILLORUM VENERIS.

℞. Herbæ capillorum veneris electæ inciſæ uncias duas,
Coquantur unâ vel alterâ ebullitione cum
Aquæ fontanæ libris duabus,
Colatura cum
Sacchari albiſſimi libris duabus,
Clarificetur, & paretur in ſyrupum molliorem.

In affectibus thoracis & tenuibus defluxionibus præſtans eſt pectorale remedium.

SYRUPUS DE CICHOREO CUM RHABARBARO.

℞. Herbæ cichorei cum floribus uncias tres,
Endiviæ
Taraxaconis
Fumariæ ana unciam unam,
Rutæ murariæ
Ceterach ana unciam ſemis,
Radicis cichorei uncias quatuor,
Fœniculi
Apii
Aſparagi ana uncias duas,
Fiat decoctio cum
Aquæ fontanæ libris duodecim,
Ad conſumptionem medietatis, colentur, & exprimantur.
℞. Rhabarbari optimi uncias octo,
Salis tartari drachmam unam,
Inciſa infundantur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, peractâ infuſione excoquantur ad totalem ſubſtantiæ extractionem, colatura ad libras duas incocta miſceatur cum ſuperiori decocto, tandem albumine ovorum clarificata cum
Sacchari albi libris decem,
Coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam addendo in fine
Spicæ indicæ in nodulum ligatæ drachmas duas ſemis.

In obſtructione hepatis, ictero & cachexia conducit, lentorem vitioſum reſolvendo, eundemquè per urinam & alvum ſubducendo, recommendatur quoquè pueris epilepticis.

SYRUPUS DE CINNAMOMO.

℞. Cinnamomi optimi craſſiuſculè contuſi uncias quinquè,
Ponantur in cucurbitam vitream addendo
Aquæ cinnamomi cum vino deſtillatæ libram unam ſemis,
Stent per viginti quatuor horas loco calido, dein filtrentur, & cum
Sacchari albiſſimi libris duabus,

Fiat

Fiat in vaſe clauſo unicâ ebullitione ſyrupus.

Ventriculo, ejusquè concoctrici læſæ medetur, cor quoquè & ſpiritus vitales recreat.

SYRUPUS CONTRA-JERVÆ.

℞. Pomorum citri cum toto numerô ſex,
Conciſa cucurbitæ vitreæ imponantur addendo
Radicis contrajervæ unciam unam ſemis,
Serpentariæ virginianæ unciam unam,
Seminis cardui benedicti
Mariæ ana unciam ſemis,
Granorum kermes drachmas duas,
Succi granatorum dulcium libras duas,
Digerantur per viginti quatuor horas, tum factâ expreſſione clarificetur, & cum
Sacchari albi libris tribus,
Fiat in vaſe vitreato benè clauſo ſyrupus.

Virtutes ſunt alexipharmacæ, cordiales, & humorum putredini reſiſtentes.

SYRUPUS CORALLIORUM.

℞. Coralliorum rubicundiſſimorum contuſorum libram ſemis,
Affundatur
Succi berberum perfectæ maturitatis depurati quantitas ad quatuor digitorum eminentiam,
Digerantur calore balnei vaporoſi tamdiu, quamdiu corallia bullulas emittunt, diſſolutum per inclinationem ſeparetur, recensquè relictis coralliis ſuccus depuratus affundatur, id reiterando ad totalem extractionem, ſumantur
Hujus jam corallinâ eſſentiâ impregnati & commixti ſucci libra una,
Sacchari albi libræ duæ,
Et coquantur in vaſe vitreato in ſyrupum.

In hepaticis affectibus, dyſenteria, lienteria & conſimilibus recommendatur.

SYRUPUS CITRI è CORTICIBUS.

℞. Corticum citri extimorum recentium libram ſemis,
Coccinellæ drachmam unam,
Vini generoſi libras duas,
Macerentur per viginti quatuor horas loco calido, vaſe probè clauſo, ex poſt infuſum decantetur, & filtretur, demum cum
Sacchari albi libris duabus,
Vaſe clauſo coquatur ſyrupus, ſi completus deſideretur, addatur
Moſchi orientalis in petia ligati ſcrupulus ſemis,

Febribus malignis & peſtilentialibus reſiſtit, cor & ventriculum roborando, malignitatemquè arcendo.

SYRUPUS DIASEREOS.

℞. Seminis carthami
Paſſularum minorum ana uncias duas,
Herbæ endiviæ
Cichorei ana unciam unam ſemis,
Adianthi nigri
Agrimoniæ
Ceterach
Cuſcutæ
Baccarum alkekengi ana unciam ſemis,
Radicis apii
Fœniculi
Aſparagi
Polypodii
Liquiritiæ
Myrobalanorum citrinarum
Chebularum ana unciam unam,
Zinziberis
Cinnamomi ana drachmam unam,
Inciſa & contuſa coquantur in
Aquæ fontanæ libris duodecim,
Ad remanentiam librarum quatuor, colentur, & exprimantur.

℞. Rhabarbari optimi libram ſemis,
Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus uncias quatuor,
Salis tartari drachmam unam,
Infundantur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, repetitis vicibus, ad totalem extractionem, peractis infuſionibus coquantur ad remanentiam librarum duarum, & colentur; deinde ambæ colaturæ invicem permixtæ clarificentur albumine ovi, & cum
Sacchari albi libris quatuor,
Coquantur in ſyrupum.

In febribus diuturnis & viſcerum obſtructionibus blandè alterando, & ſaburram ſubducendo virtutes demonſtrat.

SYRUPUS DOMESTICUS, SIVE DE SPINA CERVINA.

℞. Succi baccarum de ſpina cervina depurati libras duas,
Sacchari albi libram unam ſemis,
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam, in fine addendo ſequentia contuſa in petia ligata
Seminis aniſi
Maſtichis electæ
Zinziberis
Cinnamomi
Caryophyllorum ana drachmam unam.

Bilem, pituitam ſeroſosquè humores purgat, hinc hydropicis, arthriticis & cachecticis conducit.

SYRUPUS DE DUABUS RADICIBUS.

℞. Radicis petroſelini
Fœniculi ana uncias quatuor,
Aquæ fontanæ libras quinquè,
Coquantur ad medietatem, colaturæ poſt clarificationem addantur
Sacchari

Sacchari albiſſimi libræ duæ,
Ut fiat ſyrupus.

Obſtructiones viſcerum reſerat, humores craſſos incidit, & attenuat, urinamquè movet.

SYRUPUS EMETICUS.

℞. Vitri antimonii ſubtiliſſimè pulveriſati unciam unam,
Infundatur per viginti quatuor horas in balneo mariæ in
Aceti vini unciis viginti,
Poſtea addantur
Cinnamomi electi
Radicis zedoariæ
Seminis angelicæ ana drachmæ duæ,
Croci àuſtriaci drachma ſemis,
Stent adhuc per quatuor horas infuſa, dein per duplicem chartam emporeticam filtrentur, & cum
Sacchari clarificati unciis viginti,
Fiat ſyrupus.

Vomitorium præſtat inſigne ad vitioſos humores è primis viis eliminandos, hinc in febribus intermittentibus & morbis chronicis convenit.

SYRUPUS ENULÆ.

℞. Radicis enulæ recentis libram ſemis,
Coquatur cum
Aquæ fontanæ libris quatuor,
Ad medietatis conſumptionem, dein clarificetur, & cum
Sacchari albi libra una ſemis,
Fiat ſyrupus.

In aſthmate, raucedine, tuſſi, cruditatibus ventriculi, & obſtructionibus ureterum virtutes exercet.

SYRUPUS DE ERYSIMO.

℞. Herbæ eryſimi recentis cum toto uncias quatuor,
Radicis enulæ
Tuſſilaginis
Ireos
Paſſularum mundatarum ana uncias duas,
Herbæ borraginis
Cichorei
Capillorum veneris ana unciam unam,
Florum cordialium
Stœchadis
Roriſmarini ana unciam ſemis,
Seminis aniſi drachmas ſex,
Inciſa & contuſa coquantur in
Aquæ fontanæ libris octo,
Ad remanentiam librarum quatuor, factâ expreſſione & colaturâ diſſolvantur in ea
Sacchari albi libræ quatuor,
Ut fiat ſyrupus.

In affectibus pectoris, præcipuè raucedine optatum effectum præſtat.

SYRUPUS DE FUMARIA COMPOSITUS.

℞. Myrobalanorum citrinarum
chebularum ana uncias duas ſemis,

Radicis polypodii
Florum borraginis
Bugloſſi
Violarum
Herbæ abſynthii
Epithymi
Cuſcutæ ana unciam unam,
Radicis liquiritiæ
Florum roſarum ana unciam ſemis,
Pulpæ caſſiæ
Tamarindorum ana uncias duas,
Paſſularum majorum
Prunorum ana libram ſemis,
Aquæ fontanæ libras decem,

Omnia lento igne coquantur ad libras tres, in fine decoctionis caſſiam & tamarindos addendo, dein forti expreſſione colentur, & addantur

Succi fumariæ libræ tres,
Sacchari albi libræ quatuor,

Clarificentur albumine ovi, & coquantur in ſyrupum.

Pituitam ſalſam, bilioſosque humores educit, obſtructiones reſerat, & viſcera roborat.

SYRUPUS GEMMATUS.

℞. Succi granatorum acidorum
Pomorum redolentium
Limonum ana uncias octo,

In his ſuccis infundantur

Flavedinis corticum citri unciæ duæ,
Aurantiorum uncia una,
Florum tunicæ rubrorum
Bugloſſi ana uncia ſemis,
Coccinellæ drachmæ duæ,

Factâ per unam vel alteram diem, vitrô optimè clausô, leni calore digeſtione colentur, & in colatura diſſolvantur

Magiſterii ſolubilis coralliorum uncia ſemis,
Matris perlarum
Margaritarum orientalium ana drachmæ duæ,

His ſolutis addantur

Sacchari albi libræ tres,

Quod ubi ſine coctione diſſolutum fuerit, addantur

Aquæ naphæ unciæ duæ,

Et vaſe clausô ſtatim inde paretur ſyrupus.

In febribus ardentibus, malignis, & peſtilentialibus ſummum eſt cordiale, exæſtuationes & palpitationes cordis temperans dilaudante Zwelſero.

SYRUPUS GRANORUM KERMES.

℞. Coccinellæ unciam unam,
Infundatur per noctem in
Aquæ borraginis
Totius citri ana libra una,

Colatura clarificata coquatur vaſe clauſo cum

Sacchari albi libris duabus,

In fine coctionis addendo

Succi ſimplicis granorum kermes monſpellienſis uncias quatuor,

Cor-

Cordiale eſt ſpecificum in omnibus animi deliquiis & febribus malignis.

SYRUPUS DE HYSSOPO.

℞. Foliorum hyſſopi uncias tres,
Radicis enulæ
Apii
Fœniculi
Petroſelini ana unciam ſemis,
Specierum decocti pectoralis libram ſemis,
Coquantur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, colatura librarum quatuor cum
Sacchari albi libris quatuor,
Coquatur in ſyrupum.

In morbis thoracis ex frigida & craſſa materia ortis miræ eſt efficaciæ, hinc aſthmaticis & tuſſientibus recommendatur.

SYRUPUS DE JUJUBIS.

℞. Jujubarum enucleatarum libram ſemis,
Capillorum veneris
Hordei mundi
Radicis liquiritiæ ana unciam unam,
Florum violarum
Seminis malvæ ana unciam ſemis,
Coquantur cum
Aquæ fontanæ libris novem,
Ad tertias, colaturæ addantur
Sacchari albi libræ duæ,
Et paretur inde ſyrupus.

Tuſſi ſiccæ, raucedini, cæterisquè thoracis affectibus & defluxionibus maturando & expectorando medetur.

SYRUPUS DE LIQUIRITIA.

℞. Radicis liquiritiæ uncias quatuor,
Herbæ capillorum veneris uncias duas,
Hyſſopi unciam unam,
Conciſa macerentur per viginti quatuor horas in
Aquæ bullientis libris quatuor,
Dein coquantur ad conſumptionem medietatis, colaturæ addantur
Sacchari albi libræ duæ,
Et fiat ſyrupus.

Pulmonibus & thoraci confert, tuſſim ſiccam & inveteratam tollit, pleuritidem arcet.

SYRUPUS MANNATUS.

℞. Paſſularum minorum uncias quatuor,
Radicis polypodii quercini
Ireos florentinæ ana unciam unam ſemis,
Liquiritiæ
Jujubarum enucleatarum ana unciam unam,
Florum cordialium ana drachmas tres,
Caricarum pinguium
Dactylorum enucleatorum ana numerô duodecim,
Coquantur omnia in

Aquæ fontanæ libris octo,
Ad conſumptionem medietatis, deinde
Foliorum ſennæ electæ unciæ octo,
Infundantur in
Aquæ bullientis libris quatuor,
Permiſceatur infuſio cum decocto, colentur, & exprimantur, ac addantur
Mannæ calabrinæ electæ libra una,
Sacchari albi libræ quatuor,
Et coquantur, lege artis, in ſyrupum, in fine coctionis addendo
Cinnamomi in petia ligati unciam ſemis.

Ad alvum ſolvendam abſque hæſitatione etiam juvenculis tutò exhibetur.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞. Capitum papaveris albi cum ſemine libram ſemis,
Inciſa & parum contuſa coquantur in
Aquæ fontanæ libris ſex,
Ad medietatis conſumptionem, tum
Sacchari albi libris duabus,
Fiat ſyrupus clarificatus.

Ad tenues & acres defluxiones intercipiendas, in tuſſi præcipuè ferina recommendatur.

SYRUPUS è POMIS REGIS SAPORIS.

℞. Succi pomorum dulcium
Borraginis
Bugloſſi ana libram unam ſemis,
Folliculorum ſennæ uncias duas,
Senna conciſa per viginti quatuor horas in ſuccis maceretur, ſemel aut bis ebulliendo, dein colentur, colatura clarificata cum
Sacchari albi libris duabus,
Coquatur in ſyrupum, in fine addendo
Croci auſtriaci in petia ligati drachmam unam.

Maniacis, melancholicis, ſingultu & lipothymiâ laborantibus confert.

SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

℞. Roſarum rubrarum ſiccatarum libram unam,
Infundatur in
Aquæ bullientis libris quatuor,
Dein ſinè decoctione, factâ forti expreſſione, ad infuſionis libram unam ſumantur
Sacchari albi libræ duæ,
Et unicâ ebullitione factâ ſervetur ſyrupus, cui refrigerato addantur
Spiritûs vitrioli guttæ triginta,
Et agitetur per mediam horam continuam.

Ad omnem immodicum alvi fluxum conducit, eum ſiſtendo, partes internas roborando, ulcera detergendo,

do, & glutinando, ſubvenit etiam rheumatiſmo uteri, & inſervit pro gargariſmate.

SYRUPUS SCELOTYRBICUS.

℞. Succi naſturtii aquatici
Beccabungæ ana libram ſemis,
Fumariæ
Lupuli ana uncias tres,
Coqnantur cum
Sacchari albi libra una ſemis,
Ut inde clarificando ſyrupus fiat.

Scorbuticis prodeſt acrimoniam humorum corrigendo, obſtructiones meſenterii & lienis tollit, eroſionem oris & gingivarum curat.

SYRUPUS DE SILIQUIS, SEU DIACODIUM LIQUIDUM.

℞. Capitum papaveris albi cum ſemine numerô viginti,
Siliquarum dulcium enucleatarum uncias tres,
Radicis liquiritiæ raſæ uncias duas,
Aquæ fontanæ libras octo,
Inciſæ coquantur invicem ad remanentiam librarum trium, exprimantur, & colentur, demum addatur
Sacchari albi libra una ſemis,
Et clarificatione factâ coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam.
Eadem methodo paratur:

SYRUPUS SEU DIACODIUM CROCATUM.

Addendo in fine coctionis
Croci auſtriaci in petia ligati drachmas duas.

In tenuibus & acribus defluxionibus, ut & tuſſi continua vigilias excitante, utraque compoſitio conducit.

SYRUPUS DE SYMPHYTO.

℞. Radicis & cymarum ſymphyti majoris uncias tres,
Florum roſarum rubrarum
Herbæ betonicæ
Plantaginis
Pimpinellæ
Polygoni
Scabioſæ
Tuſſilaginis ana unciam unam,
Coquantur cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate ad libras tres, & addendo
Sacchari albi libras duas,
Fiat peractâ clarificatione ſyrupus,

Tabidorum & exulceratorum pulmonum ſaniem & purulentam ſaburram, abſque hæmorrhagiæ metu detergit, pulmonesquè roborat.

SYRUPUS VIOLARUM.

℞. Florum violarum martialium libras duas,
Diligenter è cauliculis excerpantur, & â viridi caule repurgentur, contundantur in mortario lapideo,

piſtillo dein infundatur in vaſe ſtanneo cum

Aquæ ferventis libris duabus,

Stent per noctem optimè clauſa, manè forti expreſſione peractâ ad libram unam infuſi ſumantur

Sacchari albiſſimi pulveriſati libræ duæ,

Et unicâ ebullitione in vaſe ſtanneo factâ, in balneo mariæ, coletur & uſui ſervetur ſyrupus.

Virtutes ſunt cordiales & pectorales, æſtumquè febrilem temperantes.

JULAPIUM ROSATUM.

℞. Aquæ roſarum fragrantiſſimæ libram unam,

Sacchari albiſſimi libras duas,

Diſſolvantur vaſe clauſo unicâ ebullitione.

Cordiale, æſtumquè corporis præternaturalem contemperans eſt remedium.

Pari modo paratur:

JULAPIUM VIOLARUM.

Paresquè cum priori virtutes poſſidet.

MEL ANTHOSATUM.

℞. Infuſi florum & herbæ roriſmarini recentium ſaturatiſſimi libram unam,

Mellis deſpumati libram unam ſemis,

Ebulliant ad debitam conſiſtentiam, colentur, & mel ſervetur uſui.

Colicæ & ſoporoſis affectibus, ut & apoplexiæ per clyſteres applicatum medetur.

MEL CALTHÆ PALUSTRIS.

℞. Florum calthæ uncias quatuor,

Infundantur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, tum

Saturatæ hujus infuſionis libræ duæ,

Coquantur cum

Mellis deſpumati libris duabus,

Ad juſtam conſiſtentiam.

Virtutes ſunt incidentes & obſtructiones reſerantes, menſes & fœtum promoventes.

MEL CHELIDONIÆ.

Paratur eodem modo ex herba & floribus,

Virtutes in ictero, obſtructionibus hepatis, lienis, & ureterum exercet.

MEL MERCURIALE.

℞. Succi mercurialis

Mellis depurati ana libras duodecim,

Coquantur & deſpumentur.

Abſtergens eſt & laxans, adbibetur in clyſteribus & injectionibus uterinis.

Eodem modo paratur:

MEL

MEL PYRETHRI.

Quod in phlegmate pulmonum reſolvendo, & ad exſcreationem promovendo confert.

MEL PECTORALE.

℞. Specierum decocti pectoralis
libram ſemis,
Coquatur in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ ad libras duas, & fiat cum
Mellis deſpumati libris duabus,
Mel pectorale.

Cujus vires ab ipſo nomine indicantur.

MEL ROSATUM SIMPLEX.

℞. Muchari roſarum libras octo,
Mellis libras duodecim,
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.

Vires ſunt reſolventes & abſtergentes in exulcerationibus & pro gargariſmo.

MEL ROSATUM SOLUTIVUM.

℞. Muchari roſarum libras ſex,
Mellis libras tres,
Coquantur debitè.

Vires ſunt abſtergentes & laxantes.

MEL VIOLARUM.

Paratur ex floribus uti mel calthæ.

Viribus pollet refrigerantibus.

MIVA CYDONIORUM AROMATICA.

℞. Succi cydoniorum depurati libras viginti,
Sacchari albi libras ſex,
Coquantur ad mellis conſiſtentiam, in fine decoctionis addatur nodulus, in quo contineantur
Cinnamomi acuti
Cardamomi majoris ana drachmæ tres,
Croci auſtriaci
Caryophyllorum
Zinziberis
Maſtichis
Ligni aloes
Macis ana drachma una ſemis,
Et ſervetur uſui.

Ventriculum calefacit, concoctionem promovet, pituitoſos humores ventriculum relaxantes abſumit, diarrhæam & lienteriam cohibet.

OXIMEL SIMPLEX.

℞. Mellis deſpumati libras duas,
Aceti acerrimi uncias decem,
Coquantur in vaſe terreo ad conſiſtentiam.

Ad humores craſſos & viſcidos ventriculo aliisquè viſceribus impactos incidendos, attenuandos & reſolvendos adhibetur.

OXIMEL SCYLLITICUM.

℞. Mellis deſumati libras tres,

Aceti ſcyllitici libras duas,
Coquantur in vaſe terreo lento igne ad juſtam conſiſtentiam.

Cerebri, pulmonum & ventriculi affectus pituitoſos tollit, aſthmati ſubvenit, obſtructionesquè à craſſis humoribus ortas reſolvit.

OXISACCHARUM SIMPLEX.

℞. Succi granatorum acidorum uncias octo,
Aceti uncias quatuor,
Sacchari libras duas,
Fiat in vaſe terreo unicâ ebullitione decoctio ad ſyrupi conſiſtentiam.

Putredini reſiſtit, craſſos humores attenuat, ſitim ſedat, & viſcerum inflammationes tollit.

PANIS CYDONIORUM SIMPLEX.

℞. Pulpæ cydoniorum cum ſucco cydoniorum per ſetaceum trajectæ & inſpiſſatæ
Sacchari albiſſimi ana libras duas,
Leni igne ad debitam conſiſtentiam in vaſe terreo coquantur ad ſcatulas implendas.

PANIS CYDONIORUM AROMATICUS.

℞. Panis cydoniorum ſimplicis libram unam,
Specierum imperatoris drachmas ſex,
Commiſceantur, lege artis, pro uſu.

Virtutes utriusquè ſunt ſtomachicæ, ventriculum roborando, craſſos humores attenuando, & appetitum excitando.

PASSULÆ PURGANTES.

℞. Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus uncias octo,
Seminis fœniculi unciam ſemis,
Cinnamomi acuti drachmas duas,
Inciſa ſtent per noctem in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate infuſa loco tepido, manè exprimantur, tum
Hujus expreſſionis libra una ſemis,
Coquatur cum
Sacchari albi clarificati libra una ſemis,
In ſyrupum ſpiſſiorem, circa finem addendo
Paſſularum corinthiacarum mundatarum libram unam ſemis,
Et ſerventur uſui.

Juvenculis, delicatulis & alia medicinarum genera abhorrentibus exhiberi ſolent.

PULPA, SEU FLOS CASSIÆ, SEU CASSIA EXTRACTA.

℞. Cannæ caſſiæ ponderoſæ, & quæ concuſſæ non reſonent, aperiantur, & contenta in iis pulpa ſeu medulla cum laminis & ſeminibus diligenter excavetur, exempta projiciatur ſuper inverſum

&an-

& anguſtum cribrum è ſetis equinis contextum, & averſo cochlearis convexo medulla caſſiæ hinc inde moveatur, ut per cribrum ſucceſſivè trajiciatur, dein ſolvantur leni igne in

Pulpæ hujus libra una,
Sacchari pulveriſati unciæ tres,

Inſtante verò neceſſitate recentes caſſiæ flores ſemper educere præſtat, cùm diutius repoſiti aceſcere ſoleant.

Calefacit, humectat, ſanguinem depurat, acrimoniam temperat, ſitim ſedat, bilem & pituitam blandè educit, pectoris abſceſſus reſolvit, & calculum præcavet.

PULPA CASSIÆ PRO CLYSTERIBUS.

℞. Herbarum quinquè emollientium uncias tres,
Florum chamæmeli unciam unam,

Coquantur cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, extrahatur hoc decocto caſſia, & cannæ ejus eluantur, tum

Pulpæ caſſiæ cum hoc decocto extractæ, & ad ſpiſſitudinem coctæ libræ uni,

In fine incorporetur

Sacchari thomæi libra una ſemis,

Uſus præcipuus ex ipſa nominis inſcriptione patet.

PULPA PASSULARUM.

℞. Paſſularum minorum ſucculentarum quantum placet,

Coquantur in fictili vitreato ſat capaci, tum per cribrum ſetaceum trajiciantur, trajecta pulpa rurſus lento igne coquatur ad juſtam ſpiſſitudinem addendo ad

Pulpæ libras quinque,
Sacchari albi libras duas ſemis.

Refrigerat, ſitim ſedat, alvumquè blandè movet.

Pari etiam modo paratur:

PULPA PRUNORUM.

Quæ conſimilibus quoquè viribus pollet.

PULPA TAMARINDORUM.

Extrahitur eodem modo, quo pulpa paſſularum.

Leniter alvum ſolvit, acrimoniam humorum aduſtorum mitigat, & cutaneas exulcerationes tollit.

ROB CYDONIORUM.

℞. Succi cydoniorum depurati libras ſex,

Coquantur per ſe ad mellis ſpiſſitudinem, addendo

Sacchari albiſſimi libram unam ſemis.

In alvi profluviis ab acrimonia humorum ortis, cholera & inteſtinorum hæmorrhagiis exhibetur.

ROB CYNOSBATOS.

℞. Pulpæ cynoſbatos per ſetaceum trajectæ libras duas,
Sacchari albi pulveriſati libram unam,
Coquantur invicem ad juſtam conſiſtentiam.

Ad renum calculum atterendum, ſaburram arenoſam ſubducendam, renum, veſicæ ac uteri hæmorrhagias corrigendas adhibetur.

ROB DIAMORON.

Paratur eodem modo, quo rob cydoniorum.

Virtutibus pollet inflammationi reſiſtentibus.

ROB EBULI.

℞. Pulpæ baccarum ebuli libras ſex,
Miſceantur leni igne cum
Sacchari albi pulveriſati libra una ſemis,
Ad juſtam conſiſtentiam.

Bilem, pituitam, & ſerum hydropicorum potenter educit, podagricis quoquè confert.

ROB JUNIPERI,
Sambuci,
De ſpina cervina,

Parantur eodem modo, quo præcedens.

Menſes, urinam, & calculum pellunt, flatus diſſolvunt, hydropi, aſciti, & anaſarcæ medentur.

ROB NUCUM.

℞. Succi corticum viridium nucum juglandium extracti libras quatuor,
Mellis libras duas,
Coquantur deſpumando ad juſtam conſiſtentiam.

Ad oris & faucium graviores deſtillationes, & inflammationes ſalubriter adhibetur.

CLAS-

CLASSIS DECIMA SEXTA.

DE

TROCHISCIS,

Suffitibus, & ſuppoſitoriis.

TROCHISCI DE ABSYNTHIO.

℞. Herbæ abſynthii pontici
Florum roſarum rubrarum
Seminis aniſi ana drachmas duas,
Succi eupatorii inſpiſſati
Rhabarbari electi
Radicis aſari
Seminis apii
Spicæ indicæ
Maſtichis electæ
Folii indi ana drachmam unam,
Vini generoſi, in quo zinziberis uncia ſemis infuſa fuerit, quantum ſatis,

Pulveriſentur, & cum ſucci abſynthii ſufficienti quantitate fiant trochiſci.

In febribus lentis, obſtructionibus, debilitate ventriculi, & appetitu proſtrato recommendantur.

AGARICUS TROCHISCATUS.

℞. Agarici electi raſpati libras quatuor,
Vini generoſi, in quo zinziberis uncia ſemis infuſa fuerit, quantum ſatis,

Fiant inde trochiſci; quos hyemis tempore parare expedit.

Viſcerum obſtructiones reſerat, & pituitam craſſam bili commixtam ſubducit.

TROCHISCI DE AGNO CASTO.

℞. Seminis agni caſti drachmas ſex,
Endiviæ
Portulacæ
Corticum tamariſci ana drachmas tres,

Pulveriſata cum ſufficienti quantitate decocti ſcolopendrii miſceantur, & inde fiant trochiſci.

In gonorrhæa, ſeminis profluvio, & lienis affectibus conducunt.

TROCHISCI ALHANDALI.

℞. Pulpæ colocynthidos â ſemine purgatæ & conciſæ quantum placet,
Impaſtetur cum
Mucilaginis gummi tragacanthi
Arabici anatico ſufficienti pondere,
Exſiccentur, pulveriſentur, & vel fiant, lege artis, trochiſci, vel ſerventur in forma pulveris.

Pituitam, & craſſos, viſcidosquè humores intimiùs hærentes in cerebro, nervis, pulmonibus, muſculis, junturis & inteſtinis ſubducunt.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ.

℞. Ladani puriſſimi uncias tres,
Styracis in granis uncias duas ſemis,
Ligni aloes veri drachmas duas,
Ambræ drachmam unam,
Moſchi ſcrupulum ſemis,
Ex pulveriſatis cum aquæ roſarum ſufficienti quantitate formentur trochiſci, quibus pro libitu addi poteſt
Camphoræ drachma ſemis.

Infantibus aſthmaticis, anhelosis, & de pectoris anguſtia conquerentibus conferunt, poſſunt etiam pro pretioſo ſuffitu adhiberi.

TROCHISCI ALKEKENGI.

℞. Fructuum halicacabi unciam unam,
Seminis excorticati citrulli
Melonum
Cucurbitæ
Boli armenæ
Gummi arabici
Thuris electi
Sanguinis draconis
Succi liquiritiæ
Tragacanthi
Amyli
Seminis papaveris albi ana drachmas ſex,
Apii
Hyoſcyami
Succini albi præparati
Terræ ſigillatæ rubræ
Opii correcti ana drachmas duas,
Ex pulveriſatis cum ſucco halicacabi fiant trochiſci.

In meatûs urinarii, veſicæ, renum & ureterum exulceratione detergunt, glutinant, & cicatriſant.

TROCHISCI ALKERMES.

℞. Confectionis alkermes incompletæ unciam unam,
Cum
Sacchari albi libra una,
Laccæ florentinæ drachma una,
Mucilaginis tragacanthi quantum ſatis,
Fiant trochiſci. Poſſunt etiam confici ex confectione alkermes completa, & dicuntur trochiſci alkermes completi.

Cordialis, ſtomachicæ & confortantis ſunt virtutis.

TRO-

TROCHISCI DE CAPPARIBUS.

℞. Corticis radicum capparum
Seminis agni caſti ana drachmas tres,
Nigellæ
Naſturtii
Succi eupatorii inſpiſſati
Herbæ calaminthæ
Rutæ
Radicis ariſtolochiæ rotundæ veræ
Acori
Gummi ammoniaci ana drachmas duas,
Radicis cyperi rotundi
Herbæ ſcolopendrii ana drachmam unam,

Omnia pulveriſata cum ammoniaco in aceto diſſoluto excipiantur, & formentur in trochiſcos.

In obſtructionibus lienis & hepatis materiam peccantem attenuant, & reſolvunt, hinc hypochondriacis & melancholicis exiſtunt ſalutares.

TROCHISCI DE CASCHEOV, SEU DE TERRA CATECHU.

℞. Terræ catechu unciam unam,
Sacchari albi uncias duas,
Ambræ gryſeæ
Moſchi orientalis ana ſcrupulum ſemis,

Cum mucilagine tragacanthi fiant trochiſci inſtar muſcerdæ.

In oris fœtore, ſcorbuto & gingivarum eroſione adhibentur.

TROCHISCI DE CHARABE.

℞. Charabe, id eſt: ſuccini citrini præparati drachmas ſex,
Cornu cervi uſti præparati
Coralliorum rubrorum præparatorum
Tragacanthi
Succi acaciæ
Hypociſtidis
Florum balauſtiæ
Gummi maſtichis
Laccæ
Arabici
Seminis papaveris nigri ana drachmas duas,
Thuris electi
Croci auſtriaci
Opii correcti ana ſcrupulos quatuor,

Pulveriſata & mixta cum mucilaginis pſyllii ſufficienti quantitate formentur in trochiſcos.

In ſputo ſanguinis aut puris, tabe, dyſenteria, ſanguinem cohibendo, opitulantur.

TROCHISCI DE EUPATORIO.

℞. Succi eupatorii inſpiſſati
Mannæ electæ ana unciam unam,
Florum roſarum rubrarum
Spodii ex ebore ana unciam ſemis,
Spicæ indicæ
Rhabarbari optimi
Radicis aſari
Seminis aniſi ana drachmas duas ſemis,

Pulveriſata miſceantur, & cum aquæ cuſcutæ ſufficienti quantitate fiant trochiſci.

Ad obſtructiones reſerandas, & tumores reſolvendos conducunt in febribus diuturnis, ictero, & hydrope incipiente.

TROCHISCI DE GALLIA MOSCHATA.

℞. Ligni aloes optimi drachmas quinquè,
Ambræ gryſeæ drachmas tres,
Moſchi orientalis drachmam unam,
Mucilaginis tragacanthi cum aqua roſarum extractæ quantum ſatis,
Fiant inde trochiſci.

Cor, cerebrum, ventriculum & reliqua viſcera confortant, pectoris anguſtiæ, reſpirationi, orisquè fœtori ſuccurrunt.

TROCHISCI GORDONII.

℞. Seminum quatuor frigidorum majorum
Papaveris albi
Malvæ
Portulacæ
Cydoniorum
Baccarum myrtillorum
Gummi tragacanthi
Arabici
Pinearum mundatarum
Piſtaciorum
Amygdalarum dulcium
Radicis liquiritiæ mundæ
Hordei mundi ana unciam unam,
Boli armeniæ præparatæ
Sanguinis draconis in lachrymis
Spodii præparati
Florum roſarum rubrarum
Myrrhæ rubræ ana unciam ſemis,
Saccharì albi uncias duas,
Mixta & pulveriſata cum mucilaginis pſyllii ſufficienti quantitate redigantur in trochiſcos.

In gonorrhæa, Diabete, ſanguinis mictu, & ſtranguria ab humoribus acribus orta, renum exulcerationes ſanando, medentur.

TROCHISCI DE MYRRHA.

℞. Myrrhæ rubræ drachmas ſex,
Seminis lupinorum
Cumini
Foliorum rutæ
Mentaſtri
Pulegii
Radicis rubiæ tinctorum
Gummi aſæ fœtidæ
Sagapeni
Opopanacis ana drachmas duas,
Pulveriſanda pulveriſentur, & gummata in aceti ſquillitici ſufficienti quantitate diſſolvantur, additaquè proportionatâ quantitate ſucci de artemiſia fiant trochiſci.

In menſibus ſuppreſſis ciendis, fœtu mortuo & ſecundina expellendis attenuando, incidendo & aperiendo operantur.

TRO-

TROCHISCI DE RHABARBARO.

℞. Rhabarbari optimi drachmas decem,
Succi eupatorii inſpiſſati
Florum roſarum rubrarum ana drachmas tres,
Spicæ indicæ
Seminis aniſi
Apii
Radicis rubiæ tinctorum
Aſari
Herbæ abſynthii ana drachmam unam,

Pulveriſentur, & cum mucilaginis tragacanthi aquâ cuſcutæ extractæ quantum ſatis, formentur trochiſci.

In febrium declinatione obſtructiones, cachexias, infarctus, doloresquè inferioris ventris & præcavent, & tollunt.

TROCHISCI AD OCULOS, SIEF ALBUM SINE OPIO DICTI.

℞. Gummi arabici
Tragacanthi
Amyli ana unciam ſemis,
Ceruſſæ lotæ drachmas ſex,
Sarcocollæ nutritæ drachmas tres,

Cum albumine ovi fiat ſief.

Paratur etiam
Sief album cum opio.

Addendo ad priorem compoſitionem
Opii drachmam unam.

Ad oculorum rheumatiſmos, lippitudines, & ophthalmiam leniendam deprædicantur.

TROCHISCI SUBLINGUALES.

℞. Pulveris radicis angelicæ unciam ſemis,
Pimpinellæ
Zedoariæ
Seminis angelicæ
Corticis citri ana ſcrupulos duos ſemis,
Sacchari albi uncias ſex,

Cum mucilaginis tragacanthi ex aqua roſarum factæ ſufficienti quantitate fiant parvi trochiſci.

Adhibentur pro præſervatione in peſte, aliisquè morbis malignis.

TROCHISCI DE VERBASCO.

℞. Herbæ verbaſci cum floribus quantum placet,

Pulveriſetur, & cum terebinthinæ ſufficienti quantitate fiant trochiſci.

Fumus â prunis candentibus exceptus, & ſede undiquè coopertâ in anum immiſſus teneſmo, aliisquè ab acrimonia ortis alvi profluviis ſæpiùs repetitus opitulatur.

TROCHISCI AD VERMES.

℞. Mercurii dulcis drachmas duas,
Cornu cervi philoſophici

Herbæ corallinæ ana drachmam unam,
Diagrydii ſulphurati drachmam ſemis,
Cinnamomi acuti ſcrupulum ſemis,
Sacchari albiſſimi unciam unam,

Ex pulveriſatis cum mucilagine tragacanthi aquâ naphæ extracta fiant trochiſci parvi, ex tempore recenter parandi.

Virtutes ipſum nomen indigitat.

TROCHISCI VITÆ.

℞. Confectionis alkermes completæ unciam unam,
Margaritarum præparatarum drachmam unam,
Ambræ gryſeæ ſcrupulos duos,
Lapidum quinquè pretioſorum præparatorum ana
Moſchi orientalis ana ſcrupulum unum,
Olei cinnamomi
Caryophyllorum
Ligni rhodii ana guttas decem,
Sacchari albiſſimi uncias octo,

Pulveriſanda pulveriſentur, & miſceantur in trochiſcos formando.

Vires proſtratas reficiunt, ſpiritus confortant, & augent, cor, cerebrum, & reliqua viſcera roborant, ſenesquè debiles refocillant.

SUFFITUS.

PULVIS FUMALIS ARTHRITICUS.

℞. Olibani electi
Succini albi ana uncias tres,
Myrrhæ rubræ electæ drachmas ſex,
Herbæ ſabinæ
Chamæpityos
Florum carthami
Corticum ebuli
Sambuci
Camphoræ ana drachmas duas,
Spoliorum ſerpentum numerô quatuor,

Fiat ex groſſo modo conciſis & contuſis pulvis.

PULVIS FUMALIS CARMINATIVUS.

℞. Olibani ſylveſtris, ſeu: reſinæ formicarum uncias quatuor,
Maſtichis unciam unam ſemis,
Baccarum lauri
Juniperi ana unciam unam,
Florum chamæmeli romani
Vulgaris
Seminis milii ſolis
Cumini
Carvi ana unciam ſemis,

Miſceantur groſſo modo inciſa & contuſa pro ſuffimento.

PULVIS FUMALIS AD ERYSIPELATODES.

℞. Olibani electi uncias quatuor,
Fellis

Fellis carpionum
Florum ſambuci
Herbæ ſabinæ
Camphoræ ana unciam unam,
Miſceantur groſſo modo pulveriſata.

PULVIS FUMALIS AD INCANTATIONES.

℞. Herbæ ſideritidis
Antirrhini
Florum ſalviæ ſylveſtris
Hyperici ana unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ
Olibani electi
Maſtichis
Aſæ fœtidæ ana unciam unam ſemis,
Camphoræ unciam ſemis,
Miſceantur pro ſuffitu groſsè inciſa & contuſa.

PULVIS FUMALIS MATRICALIS.

℞. Gummi galbani
Aſæ fœtidæ
Myrrhæ rubræ
Maſtichis ana unciam unam,
Caſtorei unciam ſemis,
Herbæ matricariæ
Menthæ
Macis ana drachmas tres,
Plumarum perdicum
Florum ſtœchados citrinæ
Carthami
Cheyri ana drachmas duas,
Groſſo modo conciſa & contuſa miſceantur pro ſuffitu.

PULVIS FUMALIS ORDINARIUS.

℞. Styracis calamitæ
Gummi benzoin ana unciam unam ſemis,
Maſtichis
Ladani
Succini albi ana uncias quatuor,
Olibani uncias octo,
Florum roſarum rubrarum unciam unam,
Lavendulæ unciam ſemis,
Cyani
Calendulæ ana drachmas duas,
Inciſa & contuſa miſceantur pro uſu.

PULVIS FUMALIS PESTILENTIALIS.

℞. Baccarum juniperi uncias tres,
Myrrhæ rubræ
Olibani
Raſuræ cornu hircini
Ligni juniperi
Radicis angelicæ ana unciam unam,
Sulphuris
Camphoræ ana unciam ſemis,
Groſſo modo pulveriſata miſceantur.

PULVIS FUMALIS PRETIOSUS.

℞. Styracis calamitæ
Gummi benzoin
Maſtichis in granis ana uncias octo,
Olibani electi uncias quatuor,

Succini albi uncias duas,

Inciſa & contuſa miſceantur; & pro tolerantia ſubjectorum addatur.

Florum roſarum rubrarum quantum placet.

Virtutes octo præfatorum ſuffituum uniuscujusquè nomen indigitat.

MASSA AD FORNACEM.

℞. Gummi ladani uncias ſex,
Styracis calamitæ
Benzoin ana uncias quatuor,
Balſami de peru nigri unciam unam,
Olei ligni rhodii ſcrupulum unum,

Pulveriſentur, & miſceantur pro maſſa incompleta; ſi completa deſideretur, addatur

Zibethi
Moſchi ana ſcrupulus unus,

Formentur in modum paſtillorum ceræ hiſpanicæ.

Conferunt ad gratum odorem excitandum.

CANDELÆ FUMALES.

℞. Maſtichis
Olibani ana libram unam,
Benzoin
Styracis calamitæ ana libram ſemis,
Gummi ladani uncias quatuor,
Corticis thymianæ uncias tres,
Carbonum tiliæ libras octo,

Miſceantur pulveriſata, & fiant cum mucilaginis tragacanthi ſufficienti quantitate candelæ.

Ad eundem odoris effectum procurandum adhibentur.

TROCHISCI FUMALES NIGRI.

Parantur ex præcedenti maſſa pro candelis deſcripta.

TROCHISCI FUMALES GRYSEI.

℞. Gummi benzoin uncias novem,
Styracis calamitæ uncias ſex,
Corticis thymianæ
Maſtichis
Gummi ladani ana drachmas decem,

Ex pulveriſatis cum mucilagine tragacanthi fiant trochiſci parvi; pro completis addatur

Moſchi
Ambræ ana drachma ſemis.

Uſus convenit quoad odorem conciliandum cum candelis.

GLOBULI CARMINATIVI.

℞. Aloes hepaticæ
Seminis colocynthidos ana uncias tres,
Carvi unciam unam ſemis,
Cumini
Fœniculi ana unciam unam,
Foliorum ſennæ ſine ſtipitibus uncias duas,
Sacchari thomæ uncias octo,

Miſce-

Miſceantur pulveriſata, & fiat cum fellis bovini & mellis anatico pondere, & ſufficienti quantitate maſſa pro globulis formandis.

SUPPOSITORIA.

℞. Aloes hepaticæ unciam unam,
Salis communis drachmas ſex,
Pulveris colocynthidos
Radicis hellebori albi ana uncias duas,
Farinæ frumenti uncias octo,
Vitellorum de ovis numerô quatuor,
Miſceantur pulveriſata, & fiant cum mellis crudi ſufficienti quantitate ſuppoſitoria.

Virtutes utriusquè deſcriptionis ex nomine pateſiunt.

SUPPOSITORIA.

Poſſunt etiam parari ſimplicia vel ex melle inſpiſſato, vel ex alumine, vel ex ſevo cervino.

CLASSIS DECIMA SEPTIMA.

DE

UNGUENTIS.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞, Viridis æris libram unam,
Aceti fortis uncias ſedecim,
Mellis libras duas uncias octo,
Coquantur, ut fiat unguentum ſpiſſum.

Saniem ſiccat, ſordes detergit, carnem abſumit, ulcera maligna & putrida mundificat, in eroſione gingivarum ſcorbutica præcipuus eſt uſus.

UNGUENTUM AGRIPPÆ.

℞. Radicis bryoniæ libras duas,
Cucumeris aſinini libram unam,
Scillæ libram ſemis,
Ireos uncias tres,
Filicis
Ebuli
Tribulorum aquaticorum ana uncias duas,
Ceræ albæ uncias quindecim,
Olei olivarum libras quatuor,

Radices recentes mundatæ inciſæ & contuſæ macerentur per octiduum in vino, dein cum oleo coquantur ad humidi conſumptionem, & exprimantur, in colato diſſolvatur cera, ut fiat unguentum.

Ad ſuffuſiones lymphaticas, tumores & nervorum contractiones, nephritidem, ſtranguriam, ventrisquè dolores adhibetur.

UNGUENTUM ALABASTRINUM.

℞. Florum roſarum recentium libras duas,
Chamæmeli romani uncias ſedecim,
Herbæ recentis rutæ hortenſis
Betonicæ ana uncias octo,
Radicis althææ recentis uncias quatuor,
Axungiæ porcinæ libras octo,
Contundantur, & ad humidi exhalationem coquantur, colentur, & colatura cum
Ceræ albæ libra una,
Redigatur in unguentum, in fine addendo
Lapidis alabaſtri præparati libram unam.

In omnibus capitis doloribus optato ſucceſſu adhibetur.

UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

℞. Axungiæ porcinæ libras duodecim,
Ceruſſæ venetæ prius in aceto deſtillato diſſolutæ libras ſex,
Fiat unâ vel alterâ ebullitione unguentum.

Ad ambuſta ſcabiem & cutis puſtulas, pruriginem, ſerpigines & ulcera acria recommendatnr.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

℞. Unguenti albi ſimplicis libram unam,
Camphoræ unciam ſemis,
Miſceantur benè pro unguento.

Easdem cum priori, ſed ob camphoram potentiores vires habet, putredini & inflammationibus reſiſtendi.

UNGUENTUM DE ALTHÆA.

℞. Radicis althææ libras duas,
Seminis lini
Fœnugræci ana libram unam,
Axungiæ porcinæ libras duodecim,
Ceræ citrinæ libras duas,
Terebinthinæ claræ libram ſemis,
Reſinæ libram unam ſemis,
Radices & ſemina contuſa macerentur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, tum coquantur ad viſcoſam mucilaginem, quæ exprimatur,
Hujus expreſſionis libræ quatuor,

Coquan-

Coquantur cum axungia, &
Radicis curcumæ contuſæ unciis duabus,
Ad conſumptionem humidi in mucilagine detenti, dein reſina, cera, & terebinthina liquata & colata admiſceantur, ut paretur unguentum.

Emollit, calefacit, & humectat, pectoris laterumquè doloribus medetur, viſcerum durities, obſtructiones, ventrisquè inflationes tollit, & affectibus nervorum ſuccurrit.

UNGUENTUM AD AMBUSTA.

℞. Olei liliorum alborum libram unam,
Ceruſſæ libram ſemis,
Coquantur ad diſſolutionem, dein addantur
Pulveris boli albi unciæ quatuor,
Olibani unciæ duæ,
Albuminum ovorum numerò ſex,
Et redigantur in unguentum.

UNGUENTUM AD AMBUSTA EX PULVERE PYRIO.

℞. Pulveris nitri crudi uncias quatuor,
Vitrioli hungarici,
Aluminis crudi
Salis armoniaci
Camphoræ ana unciam unam,
Terebinthinæ claræ uncias duas,
Aceti acerrimi uncias quatuor,
Olei lini puriſſimi
Mellis ana libram unam ſemis,
Coquantur omnia, lege artis, in unguentum.

Vires utriusquè hujus unguenti ab inſcriptionibus deſumuntur.

UNGUENTUM ANODYNUM.

℞. Olei liliorum alborum libram ſemis,
Anethi. Chamæmeli
Amygdalarum dulcium
Pinguedinis anatis
Gallinæ ana uncias duas,
Ceræ albæ libram ſemis,
Liqueſcat cera in oleis & pinguedinibus, ut fiat unguentum.

Cujus vires nomen impoſitum indigitat.

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

℞. Terebinthinæ claræ
Reſinæ
Ceræ citrinæ
Gummi ammoniaci præparati ana uncias duas,
Radicis ariſtolochiæ longæ
Thuris electi
Gummi bdellii ana unciam unam,
Galbani aceto præparati
Opopanacis aceto præparati
Myrrhæ rubræ
Viridis æris ana unciam ſemis,
Lithargyrii drachmas decem,

Olei communis libras tres,

Oleum cum lithargyrio lento igne coquatur ſufficienter, dein admiſceantur cera & reſina liquata & colata, ab igne remotis, & non nihil refrigeratis ammoniacum, galbanum, opopanax cum terebinthina ſoluta, tandem & reliqua pulveriſata immiſceantur, ut fiat unguentum.

In vulneribus & ulceribus fiſtuloſis ſordes exſiccat, & detergit, exeſam carnem reſtaurat, induratamquè emollit.

UNGUENTUM DE ARTHANITA.

℞. Radicis cyclaminis recentis libras tres,
Cucumeris aſinini recentis
Butyri recentis ana libram unam,
Olei irini libras duas,
Pulpæ colocynthidos uncias quatuor,
Polypodii quercini libram ſemis,

Contundenda contundantur, & addendo

Fellis taurini unciam unam,

Coquantur ad aquoſitatis conſumptionem, colentur, & exprimantur, in colato diſſolvantur

Ceræ citrinæ unciæ quinquè,

Tandem fermè refrigeratis ſucceſſivè immiſceatur ſequens pulvis:

℞. Gummi euphorbii
Sagapeni
Scammonei
Aloes
Seminis mezerei
Turbith ana unciam unam,
Salis gemmæ unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ
Piperis longi
Zinziberis
Florum chamæmeli ana drachmas tres,

Et ex his ritè permixtis fiat unguentum.

Illitum hoc unguentum ventriculo vomitum, illitum hypogaſtrio alvum movet, hydropis ſerum evacuat, vermesquè necat & ſubducit.

UNGUENTUM AD ATROPHIAM PARTIUM EXTERNARUM.

℞. Axungiæ humanæ uncias quatuor,
Unguenti populei
Martiati ana uncias duas,
Olei ſpicæ
Philoſophorum
Arcani aluminis ana unciam ſemis,

Miſceantur omnia, & redigantur in unguentum.

Virtutes ab ipſa nominis inſignitione derivari poſſunt.

UNGUENTUM AUREUM.

℞. Ceræ citrinæ libram ſemis,
Olei olivarum libras duas ſemis,
Terebinthinæ claræ uncias duas,

Colo-

Colophoniæ
Reſinæ ana unciam unam ſemis,
Thuris
Maſtichis ana unciam unam,
Croci auſtriaci drachmam unam,

Cera cum reſina & colophonia liquata & colata oleo admiſceantur, tandem terebinthina & reliqui pulveres addantur.

In vulneribus conſolidandis aureum præſtat effectum.

UNGUENTUM BASILICUM.

℞. Ceræ Flavæ
Sevi arietini
Reſinæ
Picis navalis
Terebinthinæ claræ ana libram ſemis,
Olei libram unam.

Cera, ſevum, reſina & pix cum oleo ad lenem ignem ſolvantur, dein terebinthina addatur ad conficiendum unguentum.

Virtutes ſunt digerentes, maturantes, & ſuppurantes, ſi tumoribus & vulneribus adhibeatur.

UNGUENTUM CALENDULÆ.

℞. Florum calendulæ recenter collectorum libram unam,
Butyri recentis non ſaliti libras duas,

Inciſi flores cum butyro coquantur ad juſtam conſiſtentiam, ut peractâ colaturâ, & forti expreſſione unguento color flavus procuretur.

Aperit, diſcutit, tumores & obſtructiones reſolvit, flatusquè diſpellit.

UNGUENTUM CARMINATIVUM.

℞. Florum ſambuci
Chamæmeli
Herbæ abſynthii
Menthæ
Rutæ
Abrotani
Anethi
Fœniculi ana recentium uncias tres,
Axungiæ porcinæ libras duodecim,

Inciſa & contuſa coquantur ad humidi conſumptionem, in colatura & expreſſione diſſolvantur
Ceræ citrinæ
Sevi cervini ana libra ſemis,
Olei laurini libra una,
Poſt refrigerationem addantur
Olei deſtillati carvi unciæ duæ,
Anethi
Fœniculi
Cumini ana uncia ſemis,
Ut fiat unguentum.

Vires hujus unguenti ex ipſo nomine colligi poſſunt.

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

℞. Herbarum quinquè emollientium recentium ana uncias duas,

 Radi-

Radicis liliorum alborum
Althææ ana uncias quatuor,
Florum chamæmeli
Meliloti ana recentium unciam unam ſemis,
Axungiæ porcinæ libras quinquè,

Piſtentur invicem, coquantur ad humidi conſumptionem, exprimantur, ut fiat unguentum.

Adhibetur in clyſteribus vel per ſe, vel permixtum, lenit etenim, digerit, induratas fœces emollit, & tormina ſedat alvum blandè ſubducendo.

UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞. Baccarum myrtillorum
Glandium quercûs
Nucum cupreſſi
Corticum caſtanearum
Granatorum ana uncias duas,
Herbæ equiſeti
Burſæ paſtoris
Hyperici
Pyrolæ ana unciam unam,

Ex conciſis & contuſis fiat fortis decoctio cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, coletur, colatura rurſus coquatur cum

Olei olivarum libris tribus,

Ad humidi conſumptionem in fine addendo

Ceræ citrinæ libram unam,

Demum immiſceantur

Pulveris maſtichis
Olibani
Sanguinis draconis
Boli armenæ præparatæ
Gallarum turcicarum
Terræ vitrioli dulcis
Succi hypociſtidis
Radicis tormentillæ
Biſtortæ ana uncia una,

Et inde unguentum paretur.

Ad immodicum menſium & hæmorrhoidum fluxum, item abortum præcavendum ſalubriter adhibetur.

UNGUENTUM AD CRINES CRESCENDOS.

℞. Oculorum populi recentium libram unam,
Olei nucum avellanarum expreſſi libras duas,
Cannabini expreſſi libram ſemis,
Radicis bardanæ
Lapathi acuti ana recentis libram ſemis,
Favi mellis libram unam,

Coquantur ad humiditatis conſumptionem, tum colentur, & addantur

Ceræ citrinæ unciæ quatuor,

Tandem etiam

Olei nuciſtæ expreſſi unciæ duæ,
Axungiæ viperarum unciæ tres,

Et inde paretur unguentum.

Cujus virtutes nomen indigitat.

UNGUEN-

UNGUENTUM DEOPILATIVUM.

℞. Florum chamæmeli recentium uncias tres,
Corticis tamariſci
Herbæ recentis anethi
Apii
Fœniculi
Ebuli
Rutæ hortenſis
Menthæ criſpæ
Radicis bryoniæ ana uncias duas,
Recentia incidantur, miſceantur, & infundantur in
Axungiæ porcinæ libris ſex,
Coquantur ad humiditatis conſumptionem, colentur, & exprimantur, & in colatura diſſolvantur
Axungiæ anſerinæ libra una,
Ceræ citrinæ unciæ octo,
Ut fiat unguentum.

Vires ſunt reſolventes, flatus diſcutientes, obſtructiones hepatis & lienis, præcipuè in juvenculis tollentes.

UNGUENTUM DIGESTIVUM, SIVE MATURATIVUM.

℞. Terebinthinæ claræ libras duas,
Olei hyperici libram ſemis,
Vitellorum ovorum numerô ſex,
Maſtichis
Myrrhæ rubræ
Olibani ana unciam unam,
Miſceantur in unguentum.

In vulneribus materiam peccantem digerit, & ad ſuppurationem promovet.

UNGUENTUM FELIX WURZII PURPUREUM.

℞. Herbæ ſcrophulariæ
Chelidoniæ
Veronicæ
Polygoni ana uncias tres,
Inciſæ & contuſæ ſtent in aceti optimi ſufficienti quantitate infuſæ per aliquot dies, expreſſis dein & colatis addantur
Terræ vitrioli dulcis
Phlegmatis vitrioli ana libra una,
Mellis deſpumati libræ tres,
Viridis æris unciæ ſeptem,
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam, ut fiat unguentum purpureum.

In tumoribus, ſcrophulis, item ani mariſcis attenuando, incidendo, & abſtergendo conducit.

UNGUENTUM FUSCUM.

℞. Ceræ citrinæ uncias quatuor,
Picis navalis
Colophoniæ
Gummi ſagapeni præparati ana uncias duas,
Galbani præparati
Maſtichis
Thuris electi
Terebinthinæ claræ ana unciam unam,
Olei olivarum libram unam.
Cera cum pice liquata & colata oleo immiſceatur, quibus ſemirefrigeratis maſtix & thus pulveriſata, tandem invicem liquata ſagape-

 num,

num, galbanum & terebinthina addantur, ut fiat unguentum.

Ad vulnera mundificanda, emollienda, & pus concoquendum ſalubriter adhibetur.

UNGUENTUM AD HÆMORRHOIDES.

℞. Amyli albiſſimi
Ceruſſæ lotæ
Lithargyrii puri
Plumbi uſti
Tragacanthi ana drachmas ſex,
Opii thebaici
Camphoræ ana ſcrupulos quatuor,
Albuminum ovi numerô duo,
Mucilaginis ſeminis pſyllii
Olei roſarum
Verbaſci ana libram ſemis,
Ceræ citrinæ uncias tres,

Cera in oleo liquefiat, dein camphora & pulveres, ultimò albumina ovorum addantur, & conficiatur unguentum.

In doloribus & mariſcis hæmorrhoidum utiliter adhibetur.

UNGUENTUM INFRIGIDANS GALENI.

℞. Olei roſarum libram unam,
Ceræ albæ uncias tres,

Liquetur cera in oleo, addendo ſucci citri, quantum ſub continua agitatione capere poteſt ad conficiendum unguentum.

In hectica ad humectandum, & renum doloribus â cauſa calida provenientibus optatum effectum præſtat.

UNGUENTUM LINARIÆ.

℞. Herbæ linariæ recentis cum floribus
Butyri non ſaliti ana libram unam,

Contundantur, coquantur ad humidi conſumptionem, & exprimatur unguentum.

Hæmorrhoidum doloribus & inflammationibus demulcendo medetur.

UNGUENTUM DE LIQUIRITIA.

℞. Radicis liquiritiæ recentis & ſuccolentæ libras duas,

Conciſæ contundantur, & coquantur cum

Butyri recentis libris duabus,

Colentur, & exprimantur, colaturæ addantur

Pompholygos uncia ſemis,
Ceruſſæ lotæ libra ſemis,
Albuminis ovorum conquaſſati unciæ tres,
Camphoræ ſcrupuli quatuor,

Omnia ritè permiſcendo fiat unguentum.

Ad partium inflammationes, & manantia â ſero acri ulcera ſperato ſucceſſu adhibetur.

UNGUENTUM DE LITHARGYRIO.

℞. Olei roſarum libras duas,
Ceræ albæ libram ſemis,

Solvantur invicem, quibus ſolutis ſub continua agitatione ſucceſſivè

ſivè addatur aceti lithargyrii ſaturatiſſimi, quantum capere poteſt, donec liquidiuſculum unguentum efformetur.

In ſcabie, pruritu cutis, vulneribus, & deſquammatione ſiccanda prodeſt, ulcera antiqua ſanat, carnem amiſſam, ut epuloticum, reſtituit.

UNGUENTUM MAJORANÆ.

℞. Herbæ majoranæ recentis
Butyri non ſaliti ana libram unam,
Contundantur, & coquantur ad humidi conſumptionem, tandem exprimantur, & addantur
Olei majoranæ deſtillati guttæ duodecim,
Et paretur inde unguentum.

Vires ſunt præcipuæ in affectibus nervorum, & doloribus capitis, hinc ut errhinum conducit.

UNGUENTUM MARTIATUM.

℞. Foliorum lauri
Rutæ
Majoranæ
Roriſmarini ana libram unam,
Spicæ nardi
Myrti
Salviæ
Ebuli
Menthæ criſpæ
Baſiliconis ana libram ſemis,
Styracis calamitæ
Maſtichis
Thuris ana uncias tres,
Olei olivarum libras ſex,
Ceræ citrinæ libras duas,
Medullæ cervinæ libram unam,
Axungiæ urſi
Gallinæ ana libram ſemis,
Herbæ recentes in vini albi ſufficienti quantitate macerentur per aliquot dies, dein lento igne coquantur cum oleo ad humidi conſumptionem, colentur, & exprimantur, tum cera, medulla & axungiæ invicem liquata, tandem pulveres ſucceſſivè inſpergendo admiſceantur, ut unguentum fiat.

Ad capitis, pectoris, ſtomachi, hepatis, lienis, aliorumquè viſcerum affectus, præcipuè obſtructiones â cauſa frigida ortas conducit emolliendo & reſolvendo, cardialgiæ quoquè & hydropi infantum opitulatur.

UNGUENTUM AD MEMBRA GELU PERUSTA.

℞. Pinguedinis cati ſylveſtris
Sevi cervini
Olei laurini
Ceræ citrinæ ana uncias duas,
Camphoræ unciam ſemis,
Diluatur camphora in
Spiritûs vini rectificati uncia una,
Et reliquis invicem liquatis miſceatur, ut unguentum fiat.

Vires ab ipſo nomine colliguntur.

UNGUENTUM MENDICORUM.

℞. Radicis morſûs diaboli recentis
Baccarum juniperi viridium ana uncias quinquè,
Summitatum urticæ urentis
Oculorum populi
Betulæ
Quercûs ana recentium uncias duas ſemis,
Conciſa & contuſa miſceantur, & cum
Butyri non ſaliti libris duabus ſemis,
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam, piſtillo ſemper agitando.

In vulneribus recentibus, cutis exulcerationibus, & pulmonum ac pectoris affectibus ſummè recommendatur.

UNGUENTUM DE MINIO.

℞. Olei roſati libram unam ſemis,
Minii uncias octo,
Tutiæ præparatæ unciam unam,
Camphoræ unciam ſemis,
Ceræ citrinæ uncias quatuor,
Liquata cera cum oleo lento igne miſceatur cum reliquis ingredientibus pro unguento.

Humorum acrimoniam obtundit, refrigerat, ac ſiccat, hinc ad ulcera cancrorum & eryſipelatodes adhibetur.

UNGUENTUM NERVINUM.

℞. Baccarum juniperi viridium libram ſemis,
Herbæ ſalviæ
Chamæpityos
Majoranæ
Roriſmarini
Rutæ
Lavendulæ
Hyperici
Paralyſeos
Anethi
Serpilli
Pulegii
Florum chamæmeli
Meliloti ana recentium uncias tres,
Lumbricorum terreſtrium libram ſemis,
Conciſa & contuſa miſceantur, & irrorentur
Vini albi libris duabus,
Dein macerentur per triduum in
Axungiæ porcinæ libris ſex,
Coquantur ad humidi conſumptionem, & colentur, colaturæ poſt fortem expreſſionem addantur
Ceræ citrinæ unciæ octo,
Axungiæ humanæ
Cati ſylveſtris
Caninæ
Vulpinæ
Olei laurini ana unciæ tres,
Juniperi
Terebinthinæ ana uncia una,
Benzoes uncia ſemis,
Ut fiat unguentum.

Affecti-

Affectibus nervorum frigidis, eorundemquè ſpaſmodicis contractionibus & doloribus medetur.

UNGUENTUM NICOTIANÆ.

℞. Foliorum nicotianæ recentium
Axungiæ porcinæ ana libras duas,
Succi nicotianæ libram ſemis,
Contundatur herba, & cum axungia ac ſucco per noctem maceretur, manè fiat decoctio lento igne ad humidi abſumptionem, dein colatura & expreſſio, in expreſſione liqueſcant
Reſinæ
Ceræ citrinæ ana unciæ tres,
Addendoquè
Radicis ariſtolochiæ rotundæ veræ in ſubtiliſſimum pollinem redactæ uncias duas,
Fiat unguentum.

Ad ſcrophulas diſſipandas, ulcera & vulnera perſananda, aduſta, tineam capitis, & cutis ſcabiem mundificandam confert.

UNGUENTUM NIHILI.

℞. Nihili albi
Tutiæ præparatæ ana unciam unam,
Coralliorum rubrorum præparatorum
Matris perlarum præparatæ ana unciam ſemis,
Camphoræ drachmam unam,
Axungiæ porcinæ mundatæ libram unam,
Miſceantur in unguentum.

Oculorum inflammationes demulcet, rubedinem, defluxiones, indequè ortos dolores tollit.

UNGUENTUM PARALYTICUM.

℞. Unguenti nervini uncias tres,
Ceræ citrinæ uncias quatuor,
Olei laurini expreſſi uncias duas,
Juniperi
Philoſophorum
Succini ana drachmas ſex,
Lavendulæ
Anthos
Salviæ ana drachmam unam,
Axungiæ caſtorei
Pulveris euphorbii ana unciam ſemis,
Aluminis plumoſi unciam unam,
Miſceantur, ut fiat unguentum.

Membra paralytica refocillat, inhærentem nervis materiam digerit, in iſchiatica affectione, & arthritide quoque conducit.

UNGUENTUM PECTORALE.

℞. Olei amygdalarum dulcium uncias quatuor,
Chamæmeli

Violarum ana uncias tres,
Butyri recentis uncias ſex,
Adipis gallinæ
Anatis ana uncias duas,
Radicis ireos drachmas duas,
Croci auſtriaci drachmam ſemis,
Spermatis ceti unciam unam ſemis,
Ceræ albæ uncias tres,

Liquentur in oleis cera, adipes, & ſperma ceti, dein radix & crocus pulveriſata immiſceantur, ut fiat unguentum.

Laterum & thoracis affectibus medetur, tuſſim ſedat, humores craſſos digerit, & exſcreationem promovet.

UNGUENTUM PEDICULORUM.

℞. Seminis ſtaphiſagriæ
Sabatiliæ ana uncias duas,
Radicis hellebori albi unciam unam,
Salis communis drachmas duas,
Mercurii vivi uncias duas,
Axungiæ porcinæ libram unam ſemis,
Olei laurini uncias novem,
Spicæ unciam unam,
Aniſi drachmas duas,

Mercurius cum axungia tam diu agitetur, donec ſplendorem amittat, dein commixta invicem pulveriſata cùm reliquis redigantur in unguentum.

Vires ab ipſo nomine facilè colliguntur.

UNGUENTUM PLEURITICUM.

℞. Unguenti de althæa libram ſemis,
Axungiæ muris montani uncias quatuor,
Ceræ citrinæ
Olei lini ana uncias tres,
Croci auſtriaci drachmas duas,
Olei chamæmeli
Cumini
Ceræ ana deſtillatorum drachmam unam,

Miſceantur, ut fiat unguentum.

In dolore pleuritico ſedando, & apoſtemmatibus reſolvendis miræ eſt efficaciæ.

UNGUENTUM POMATUM.

℞. Axungiæ porcinæ recentis cum pomis citri & aurantiorum ana duobus, & pomis porſtorffenſibus quatuor ad humiditatis conſumptionem coctæ & colatæ libras tres,
Olei deſtillati benzoes
Cinnamomi
Styracis ana guttas decem,
Caryophyllorum
Ligni rhodii ana guttas viginti,

Miſceantur, ut unguentum inde fiat.

Ad fiſſuras oris, & cutis decorem conciliandum adhibetur.

UN-

UNGUENTUM POPULEUM.

℞. Oculorum populi arboris recentium libram unam ſemis,
Axungiæ porcinæ libras ſex,

Oculi populi contundantur, & macerentur in axungia tam diu, donec ſequentes herbæ per æſtatem recentes colligi poſſint, ſcilicet:

Foliorum hyoſcyami unciæ ſex,
Papaveris albi
Solani
Sempervivi majoris
Minoris
Lactucæ
Bardanæ
Violariæ
Umbilici veneris
Cymarum rubi tenerrimarum ana unciæ tres,

Herbæ contuſæ miſceantur oculis populi, & axungiæ, dein coquantur lento igne ad humiditatis conſumptionem, colentur, & exprimantur, ut unguentum fiat.

Febrium ardoribus conducit, ſomnum conciliat, obſtructionibus item juvenum reſerandis proficuum eſt.

UNGUENTUM AD RANULAM LINGUÆ.

℞. Pulveris viridis æris
Aluminis ſaccharati ana unciam unam,
Mellis deſpumati, quantum ſatis,

Fiat molle unguentum, vel potiùs linimentum.

Uſus hujus linimenti repetitus ex ipſa denominatione declaratur.

UNGUENTUM RESUMPTIVUM.

℞. Seminis fœnugræci
Althææ
Lini ana unciam ſemis,
Gummi arabici
Tragacanthi ana drachmas duas,

Macerentur, & bulliant in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, ut inde craſſa mucilago eliciatur, & hæc colata cum

Butyri recentis
Medullæ vituli ana libra ſemis,
Adipis porcinæ
Gallinæ
Anſeris
Anatis
Olei amygdalarum dulcium
Chamæmeli
Violarum ana unciis duabus,

Coquatur ad humidi conſumptionem, in fine addendo
Ceræ albæ libram ſemis,
Sevi arietis unciam unam,
Et paretur inde unguentum.

In aſthmate, hectica, tabe, pleuritide, & reconvaleſcentia à diuturnis morbis optato ſucceſſu adhibetur.

UNGUENTUM ROSATUM MESUE.

℞. Florum roſarum rubrarum ſucco citri impregnatarum libras duas,
Axungiæ porcinæ libras quatuor,
Decoquantur invicem ad humidi conſumptionem, dein colentur, & unguentum ſervetur uſui.

Ad exulcerationes ſerpentes, & phlegmonas, renum ardores, hæmorrhoidumquè inflammationes adhibetur.

UNGUENTUM ROSATUM SIMPLEX.

℞. Axungiæ porcinæ libras duas,
Lavetur ſæpiſſimè aquâ roſarum, donec albiſſima & benè odorata fuerit; poſſunt etiam pro libitu in fine aliquot guttæ olei ligni rhodii addi.

Virtutibus cum præcedenti convenit.

UNGUENTUM RUBRUM POTABILE.

℞. Butyri recentis non ſaliti libras ſex,
Fibrarum rubiæ tinctorum
Radicis tormentillæ ana uncias tres,
Bulliant invicem in vini rubri odorati ſufficienti quantitate ad ejus conſumptionem, colentur, & factâ expreſſione addendo
Spermatis ceti uncias tres,
Fiat unguentum.

Ad concretum ſanguinem reſolvendum in contuſionibus & aliis internis vulneribus tam in, quàm extra adhibetur.

UNGUENTUM SANTALINUM.

℞. Olei roſati libram unam,
Ceræ citrinæ uncias tres,
Pulveris florum papaveris erratici
Roſarum rubrarum
Santali albi
Citrini ana unciam ſemis,
Rubri unciam unam,
Camphoræ drachmas duas,
Miſceantur, & fiat inde unguentum.

Affectionibus hepatis & lienis ſchirrhoſis & induratis conducere ſolet.

UNGUENTUM AD SCABIEM.

℞. Axungiæ porcinæ libras tres ſemis,
Olei laurini libram ſemis,
Lithargyrii uncias novem,
Florum ſulphuris ſimplicium uncias quinquè,
Salis nitri uncias duas,
Olei deſtillati benzoin drachmam unam ſemis,
Lithargyrio cum axungia ſoluto, reliqua admiſceantur, ultimò addendo oleum benzoin, & ſic fiat unguentum.

Virtu-

Virtutes ex ipſa nominis inſcriptione deſumuntur.

UNGUENTUM SOMNIFERUM.

℞. Unguenti populei
Alabaſtrini
Olei nymphææ
Papaveris albi
Hyoſcyami expreſſi ana uncias duas ſemis,
Nucis moſchatæ expreſſi unciam ſemis,
Pulveris corticis mandragoræ drachmas ſex,
Croci auſtriaci ſcrupulos quatuor,
Opii in aceto diſſoluti drachmas tres,
Ceræ citrinæ uncias quatuor,
Ex invicem debitè permixtis fiat unguentum.

Virtutes ejusdem nomen indigitat.

UNGUENTUM SPLENETICUM.

℞. Pulveris corticum capparum
Tamariſci
Herbæ ceterach
Seminis cumini ana unciam unam,
Gummi ammoniaci
Bdellii ana aceto ſquillitico ſolutorum unciam unam ſemis,
Olei capparum
Chamæmeli
Anethi
Ceræ citrinæ ana uncias quatuor,
Miſceantur in unguentum.

Virtutes ſunt calefacientes, emollientes, reſolventes, aperientes & ſimul confortantes.

UNGUENTUM STOMACHICUM ORDINARIUM.

℞. Herbæ abſynthii
Menthæ
Majoranæ
Florum chamæmeli romani ana recentium uncias quatuor,
Coquantur in
Axungiæ porcinæ libris quatuor,
Ad humidi conſumptionem, dein colaturæ addatur
Pulveris caryophyllorum
Nucis moſchatæ ana uncia una,
Maſtichis uncia una ſemis,
Et fiat unguentum.

UNGUENTUM STOMACHICUM PRETIOSUM.

℞. Olei maſtichis
Menthæ
Cydoniorum ana uncias octo,
Nucis moſchatæ expreſſi uncias duas,
Pulveris ligni aloes
Calami aromatici
Caryophyllorum
Macis ana unciam unam,

Balſami indici nigri unciam
ſemis,
Olei caryophyllorum ſcrupulos duos,
Aniſi ſcrupulum unum,
Ceræ citrinæ uncias octo,
Ex permixtis, lege artis, fiat unguentum.

Utrumquè hoc unguentum in ventriculi debilitate, inappetentia, diarrhæa, aliisquè alvi profluviis verè ſtomachicum eſt medicamentum.

UNGUENTUM DE TUTIA.

℞. Olei roſati
Ceræ albæ ana libram ſemis,
Succi ſolani unciam unam,
Ceruſſæ lotæ uncias duas,
Plumbi uſti & loti
Tutiæ præparatæ ana unciam unam,
Thuris unciam ſemis,
Cera cum oleo leni igne liquèſcat, dein ſuccus inſtilletur, tandem reliqua pulveriſata admiſceantur, ut fiat unguentum.

Vulnera ſordida, tibiarumquè ulcera ſanat, eryſipelatodes ſiccat, putridasquè ac cancroſas oculorum exulcerationes mundificat.

UNGUENTUM VERBASCI.

℞. Florum verbaſci recentium libram unam ſemis,
Butyri recentis non ſaliti libras duas,
Inciſi flores cum butyro coquantur, colentur, & exprimantur, ut unguentum inde fiat.

Ad teneſmum, & dolores præcipuè hæmorrhoidales mitigandos & diſcutiendos bono ſucceſſu adhibetur.

UNGUENTUM CONTRA VERMES.

℞. Ceræ citrinæ uncias duas,
Olei abſynthii
Amygdalarum amararum
Abrotani
Rutæ ana unciam unam
ſemis,
Liqueſcant invicem, dein addatur
Fellis taurini inſpiſſati uncia una,
Pulveris aloes hepaticæ
Corallinæ
Seminis cinæ
Lupinorum
Colocynthidos
Herbæ tanaceti ana
drachma una,
Et paretur inde unguentum.

Umbilico & ventri inunctum vermes necare, & per ſeceſſum expellere ſolet.

UNGUENTUM VIRIDE REGINÆ.

℞. Herbæ chærefolii uncias tres,
Salviæ
Hederæ terreſtris
Scabioſæ
Farfaræ
Marrubii
Betonicæ
Scolopendrii
Fœniculi
Veronicæ

Con-

Conſolidæ majoris
Saracenicæ
Alchimillæ
Rutæ
Millefolii
Agrimoniæ
Plantaginis
Urticæ
Hyſſopi
Hyperici ana unciam unam ſemis,
Limacum nigrorum
Cancrorum fluviatilium ana numerô quindecim,
Butyri recentis libras decem,

Coquantur ad humidi conſumptionem, colentur, & exprimantur, ut unguentum fiat.

Et externè & internè ruptis, convulſis, ex alto delapſis, catarrhoſis, aliisquè pectoris affectibus laborantibus ſummè proficuum eſt.

CLASSIS DECIMA OCTAVA.

DE

QUIBUSDAM

Chymicis, & conſimilibus, quæ prioribus in claſſibus non continentur.

ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii vivi
Florum ſulphuris ana uncias quatuor,
Miſceantur exactè, & calcinentur in patena terrea, donec in pulverem nigrum redigantur.

Ad vermes necandos & expellendos, gonorrhæam virulentam, & ſcabiem corporis conducit.

ALUMEN DULCE SEU SACCHARATUM.

℞. Aluminis crudi libram ſemis,
Solvatur ternis vicibus in aqua pluviali, filtretur, &, lege artis, coaguletur.

Adhibetur plurimùm ad arcanum aluminis parandum.

ALUMEN USTUM.

℞. Aluminis quantum placet,
Ponatur in novum fictile ad medietatis plenitudinem, & uratur

tam

tam diu, donec totum alumen, expulſis ſpiritibus, poroſum, & quaſi ſpumoſum ac albiſſimum evadat.

Ad abſumendas carnes luxuriantes externè adhibetur.

ANTIHECTICUM POTERII.

℞. Reguli antimonii jovialis libram unam,
Nitri crudi libras tres,

Detonentur, & poſt peractam lento igne calcinationem edulcoretur, & exſiccetur.

In hectica, phthiſi, uterinis affectibus, febribus item continuis & malignis adhiberi ſolet.

ANTIMONII BUTYRUM ET CINNABARIS.

℞. Antimonii puriſſimi
Mercurii ſublimati ana libram unam,

Miſceantur exactè in mortario lapideo, cavendo â fumo exhalante, deſtillentur per retortam vitream (cujus tertia pars vacua maneat) ex arena igne primùm mediocri, ſic liquor ſeu butyrum antimonii inſtar glaciei egredietur, quod ſi butyrum concreſcat in collo, ne id obſtruat, admoveatur cautè carbo, ut butyrum liqueſcat. Finitâ liquoris deſtillatione augeatur ignis, & ſublimabitur cinnabaris antimonii, liquor egreſſus ſeu butyrum, quod ad cellam ponendum, uti & cinnabaris poſſunt ſeorſim rectificari per retortam vitream.

Quod ſi quis pluris cinnabaris antimonii ex hoc proceſſu deſideret, augmentet mercurii ſublimati pondus unciis ſex.

Vires butyri hujus in uſu plurimùm externo ſeſe exſerunt in ſphacello, & gangræna illiniendo partem mortuam, ne putredo ulteriùs ſerpat, & ſectio feliciùs ſuccedat, in carbunculis peſtilentialibus pari modo opitulatur, adhibetur & pro corroſivo.

Vires cinnabaris ſunt polychreſtæ in omnibus morbis, ubi humores coagulari incipiunt, hinc ſpecificum ad epilepſiam, vertiginem, convulſiones, lethargum, febres malignas, variolas & morbillos.

ANTIMONII CERUSSA.

℞. Reguli antimonii ſimplicis libram unam,
Nitri crudi libras tres,

Pulveriſentur ſeorſim, dein miſceantur, detonentur, & poſt lenem calcinationem edulcoretur, & exſiccetur.

Acidum abſorbet, ſanguinem depurat, vim alexipharmacam & diaphoreticam in febribus intermittentibus & continuis exercet.

ANTIMONII CERUSSA MARTIALIS, SEU SPECIFICUM STOMACHICUM POTERII.

℞. Reguli antimonii martialis libram unam,
Nitri crudi libras tres,

Seorſim pulveriſatis & commixtis fiat detonatio, poſt lenem calcinationem edulcoratio & exſiccatio.

Stomachum roborat, acidum corrigit, tranſpirationem promovet, & hæmorrhagiis reſiſtit.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Antimonii hungarici libram unam,
Nitri puri optimè ſiccati libras tres,

Seorſim pulveriſata & benè mixta in crucibulum ignitum ſucceſſivè injiciantur, & detonentur, peractâ detonatione adhuc leviter calcinentur, dein aquâ fontanâ tepidâ copioſâ diluantur, ut tandem commovendo pulvis ſubtilior decantetur, qui optimè edulcoretur, & exſiccetur; liquor ejus prior ſalinus, ſi præcipitetur cum oleo tartari, vel aqua aluminata, ſuppeditabit magiſterium antimonii diaphoretici, & procedatur edulcoratione & exſiccatione ſecundùm artem.

Solet quoque antimonium diaphoreticum ſine edulcoratione aſſervari,

In febribus malignis, apoſtematibus, lue venerea recenti, humorum corruptela, mediante diaphoreſi, ſanguinem purificat..

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM MARTIALE, SEU SPECIFICUM CACHECTICUM LUDOVICI.

℞. Claviculorum equorum martialium libram ſemis,

Candefiant in crucibulo, & addatur

Antimonii crudi libra ſemis,
Calcinentur ſemper agitando, donec fumus ceſſet, tum effundatur maſſa ſuper patenam, refrigeretur, & pulveriſatæ huic maſſæ triplum nitri addatur.

Subtiliſſimè pulveriſentur, miſceantur, & detonentur, ac paulisper & leni igne calcinentur, factâ ex poſt edulcoratione pulvis luteus exſiccetur, & uſui ſervetur.

Ad obſtructiones reſerandas, & ſanguinem depurandum in cachexia, ictero, ſcabie & conſimilibus medetur.

ANTIMONII FLORES.

℞. Antimonii electi libram unam,

Teratur in ſubtiliſſimum pulverem, & ex vaſe terreo in ollas artificioſè ſibi incumbentes, applicato supernè alembico roſtrato ſublimetur, applicando ignem moderatum, ne antimonium fluat,

at, floresquè diverſi coloris ſeparatim colligantur, & uſui ſerventur,

Emeticum ſunt valentiſſimum, hinc & cautè exhibeantur.

ANTIMONII HEPAR.

℞. Antimonii electi
Nitri ana libram unam,
Minutiſſimè ſeparatim terantur, & miſceantur, atquè in crucibulo, vel catino firmo detonentur.

Adhibetur pro univerſali ſanguinis equorum depuratorio.

ANTIMONII REGULUS JOVIALIS.

℞. Reguli antimonii ſimplicis libram unam,
Fluat in crucibulo, tum injiciatur
Stanni puriſſimi libra ſemis,
Demum effundatur maſſa in fuſorium.

ANTIMONII REGULUS LUNARIS.

℞. Reguli antimonii ſimplicis uncias duas,
Lunæ puriſſimæ unciam ſemis,
Miſceantur, & fluant in crucibulo, tum effundatur maſſa in fuſorium.

ANTIMONII REGULUS MARTIALIS.

℞. Claviculorum equorum martialium libram unam,
In crucibulo candefactis ſucceſſivè injiciantur
Antimonii hungarici libræ duæ,
Optimè fuſis addatur
Nitri libra ſemis,
Igne ſat forti calcinentur, ut inſtar aquæ fluant, ex poſt in conum fuſorium ſevo illitum effundantur, latera fuſorii malleolo percutiendo, ut regulus fundum petat, cum refrigeratus fuerit, regulus ſeparandus â ſcoriis & pro uſu ſervandus.

Si autem magis ſtellatus hic regulus expetatur, tribus vicibus, modicâ nitri novi additione cum regulo pulveriſato prior proceſſus repetatur.

ANTIMONII REGULUS MEDICINALIS.

℞. Antimonii electi uncias quinquè,
Salis communis uncias quatuor,
Tartari unciam unam,
Pulveriſata miſceantur, & optimè fundantur in crucibulo, peractâ fuſione refrigeſcant, atque ſcoriæ â regulo ſeparentur, regulus friabilis pulveriſetur, & aquâ edulcoratus uſui ſervetur.

In febribus continuis & intermittentibus, ſcabie, aliisquè cutis vitiis adhibetur.

ANTIMONII REGULUS SIMPLEX.

℞. Antimonii electi libram unam ſemis,

Pulveris carbonum unciam unam,

Miſceantur pulveriſata, & indantur crucibulo, ut fluant, maſſæ adhuc fluidæ addatur

Salis ex nitri & tartari anatico pondere detonati libra una,

Fluant optimè invicem ad inſtar aquæ, effundantur in conum fuſorium ſevo illitum, & ſeparetur â ſcoriis regulus.

ANTIMONII REGULUS SIMPLEX ALIO MODO PARATUS.

℞. Antimonii electi libras duas,
Tartari libram unam ſemis,
Nitri uncias ſedecim,

Miſceantur, & in crucibulo ignito detonentur, dein ſuppreſſionis igne adhibito deducantur in fluorem, effundantur in fuſorium conum calefactum ſevo illitum, concutiendo conum, ut regulus in fundum abeat, tandem ſcoriæ ab eo ſeparentur, isque aquâ abluatur, quæ ablutio in omnibus regulis obſervanda eſt.

ANTIMONII REGULUS SOLARIS.

℞. Reguli antimonii ſimplicis uncias quatuor,
Auri foliati unciam ſemis,

Miſceantur, & ſucceſſivè ac moderatè fluant, dein effundatur maſſa in fuſorium.

Virtutes ſunt cordiales, diaphoreticæ & alexipharmacæ.

Cæterùm omnes hi reguli plurimùm ad alias operationes chymicas adhibentur.

ANTIMONII SULPHUR AURATUM.

℞. Ex ſcoriis reguli antimonii ſimplicis, vel croco metallorum, aquâ ſolutis per præcipitationem cum aceto crocus emeticus, ſeu antimonii ſulphur auratum, ſeparetur, ſæpiùs optimè edulcoretur, & exſiccetur.

Vomitum tutiſſimum præbet, item antimonialibus aliis mixtum anodynas virtutes in inflammationibus internis exhibet.

ANTIMONII SULPHUR FEBRILE.

℞. Antimonii crudi libras quatuor,

Groſſo modo contuſum abluatur aquâ fontanâ, ut omnis impuritas decedat, dein coquatur in ſartagine ferreo in

Lixivii ex partibus tribus cinerum & parte una calcis vivæ facti libris octo,

Coletur, filtretur, & inſtilletur ſucceſſivè acetum deſtillatum, ſic præcipitabitur pulvis luteus, qui edulcorandus & exſiccandus eſt.

Expertiſſimum contra febres intermittentes hic pulvis exhibitus remedium præbet, cum tribus partibus zinziberis uſti permixtus, & ante paroxiſmum unâ horâ â quinque ad quindecim grana

grana ſumptus, per ſuperiora & infe-riora pro materiæ exigentia blandè ſub-ducendo.

ANTIMONII SULPHUR TARTARISATUM.

℞. Antimonii hungarici craſſiusculè contuſi quantum placet,
Affundantur ei in cucurbita
Oleum tartari per deliquium,
Vel ejus loco ſpiritum nitri fixi ad ſex digitorum eminentiam,
Ponatur cucurbita clauſa in arenam modicè calidam, & digeratur per viginti quatuor horas, quibus transactis augeatur ignis, ita ut ebulliat per mediam horam, donec oleum tartari rubrum & ſanguineum colorem aquirat, tunc oleum tartari adhuc calidum per decantationem ſeparetùr ab antimonio in fundo relicto, & additâ aquâ calidâ præcipitabitur in fundo ſulphur antimonii, & oleum tartari remanebit citrini coloris; pulvis in fundo præcipitatus repetitis aquæ ablutionibus edulcoretur, & exſiccetur pro uſu.

Virtutes ſunt alcalinæ, ſulphureæ, balſamicæ & anodynæ, peripneumoniacis præprimis conducentes.

ANTIMONII VITRUM HYACINTHINUM.

℞. Antimonii crudi libras duas,
Ponantur in crucibulum ſuper ignem, primò lento igne, dein fortiori, donec incipiat fluere, deinde addatur
Salis armoniaci uncia ſemis,
Et fluat tam diu ſuper ignem, donec rubeſcat, tum effundatur ſuper patenam æneam.

In morbis, qui fortiori vomitu indigent, infuſum inde paratum opitulatur.

ANTISTOMACHICUM POTERII.

Habetur ſub ceruſſa antimonii martiali in hac claſſe.

AQUA FORTIS.

℞. Vitrioli modicè calcinati
Nitri ana libras tres,
Miſceantur, & deſtillentur per retortam, caput mortuum ulteriori uſui ſervetur.

Ad argentum & cuprum ſolvendum, aliosquè uſus chymicos adhibetur.

AQUA REGIS.

℞. Spiritûs nitri uncias quatuor,
Salis armoniaci pulveriſati unciam unam,
Vel quantum leni calore ſolvi poteſt, cucurbitulæ arenæ impoſitæ modicùm calefactæ indantur, donec ſal armoniacum ſolutum ſit, tunc filtretur, & in vitro forti benè obturato ſervetur uſui.

Ad aurum ſolvendum in pharmacia adhibetur.

ARCANUM ALUMINIS.

℞. Aluminis dulcis uncias duas,
Salis fuſi uncias ſex,
Miſceantur, & modicùm calcinentur, ſolvantur, & in vaſe vitreato inſpiſſentur ad ſiccitatem.

In pectoris morbis ex mineralium halitu ortis conducit.

ARCANUM CORALLINUM.

℞. Mercurii vivi purificati libram ſemis,
Spiritûs nitri libras duas,
Miſceantur, & deſtillentur ad ſiccitatem, arcanum in fundo manens edulcoretur optimè per ablutionem, tum pulvis exſiccetur, & ſpiritus vini rectificatiſſimus deſuper deflagret.

Eſt ſpecificum purgans in lue venerea, hydrope, podagra, ſcabie & ulceribus.

ARCANUM DUPLICATUM.

℞. Caput mortuum optimè calcinatum â deſtillatione aquæ fortis ex vitriolo & nitro paratæ reſiduum, extrahatur cum aquâ calidâ, qui liquor dein decantetur, & poſt filtrationem ac debitam exhalationem inſpiſſetur, inſpiſſatum de novo calcinetur, ſolvatur in aqua debitè incoquendo, & reponatur, ut in chryſtallos abeat, qui in umbra exſiccentur.

Virtutes ſunt aperientes & incidentes, urinam, ſudoresquè moventes, hinc in febribus & hypochondriorum obſtructionibus recommendatur.

ARCANUM DUPLICATUM LIXIVIATUM.

℞. Capitis mortui ex aqua forti pulveriſati & edulcorati libram unam,
Solvatur, & ſolutioni addantur
Cinerum clavellatorum in aquæ fontanæ libra una ſolutorum unciæ tres,
Liquor mixtus filtretur, & addatur tertia pars lixivii cardui benedicti filtrati, evaporet ad cuticulam, & cryſtalliſetur.

Virtute ſuâ priori minimè cedens.

ARCANUM DUPLICATUM MARTIALE.

℞. Vitrioli hungarici libras ſex,
Limaturæ martis libras tres,
Excoquantur, & inſpiſſentur, inſpiſſata cum nitri depurati anatico pondere calcinentur, ſolvantur invicem, filtrentur, & in cryſtallos redigantur.

Eaſdem cum prioribus ſed majores incidendi & aperiendi vires habet.

AURI CROCUS RUBER.

℞. Auri finiſſimi drachmam unam,
Cinerum clavellatorum unciam ſemis,

Sul-

Sulphuris citrini drachmam unam,

Mixta fluant in crucibulo per horæ quadrantem, igne non adeò forti, dein effundantur ſuper lapidem marmoreum, maſſæ refrigeratæ & pulveriſatæ affundatur ſucceſſivè aceti deſtillati tantum, donec ceſſet efferveſcentia, demum edulcoretur, exſiccetur, calcinetur ad rubedinem, & ſervetur uſui.

AURI CROCUS RUBER EXTEMPORANEUS.

℞. Auri fulminantis drachmas duas,

Sulphuris citrini ſcrupulos duos,

In vaſe vitreo tecto per vices detonando & parum calcinando convertatur in crocum.

AURI CROCUS VIOLACEO-PURPUREUS.

℞. Foliorum auri drachmas duas,

Nitri depurati

Salis communis ana uncias quatuor,

Aluminis uncias duas,

Affundatur aqua fontana ad sex digitorum eminentiam, coquantur in olla nova vitreata ad ſiccitatem, igne per gradus aucto, coagulum hoc rurſus cum aqua ſolvatur, filtretur, & mediante inſtillatione olei tartari per deliquium facti præcipitetur pulvis, qui copioſâ aquâ edulcoratus & exſiccatus, in crucibulo leni igne calcinetur in crocum violaceo purpureum.

Vires triplicis hujus croci diaphoreticæ ſunt & cordiales.

AURUM BALSAMICUM.

℞. Auri fulminantis drachmas duas,

Olei cinnamomi optimi unciam unam,

Stent in digeſtione leniſſimo igne per triduum in phiola vitrea ad ſolutionem, & ſervetur.

Uſus præcipuus eſt pro pulvere hannoveriano legitimè parando.

AURUM DIAPHORETICUM.

℞. Foliorum auri drachmas tres,

Reguli antimonii puri uncias tres,

Pulveriſentur, & miſceantur in crucibulo ſuper impoſito altero crucibulo, & oblutato, dein calcinentur cum

Salis decrepitati unciis tribus ſemis,

In igne circulatorio tribus vicibus repetendo, & ſemper edulcorando, & exſiccando, novo ſale decrepitato addito, ultimatim ſpiritus vini rectificatiſſimus deſuper deflagret; ignis circulatorius non nimis fortis in calcinatione ſucceſſivè creſcat ſex horis, ne abeat in regulum.

Cordiales & diaphoreticas virtutes nomen impoſitum indicat.

AURUM FULMINANS.

℞. Auri laminati unciam unam,

Solvatur in aquæ regis ſufficienti quantitate, addatur debita dein aquæ fontanæ portio, ſolutioni huic mixtæ cum aqua inſtilletur oleum tartari per deliquium factum, donec aurum totaliter præcipitatum, & aquâ clara denuò ac limpida evaſerit; aurum præcipitatum & luteum aquâ dulci ſæpius affusâ edulcoretur, ita ut nulla amplius acrimonia vel ſalſedo percipiatur, dein ab aqua per chartam emporeticam pulvis ſeparetur, qui relictus in umbra exſiccetur, ſed cautiſſimè tractetur, ne flammam concipiat, & damnum inferat, nequè ferro tangatur, nam promptiſſimè vel ſolâ trituratione paulô fortiori in mortario accenditur deorſum vergens, & quidquid ſubſtratum, in fruſtula disjiciens cum adſtantium periculo.

Vires ſunt ſummè cordiales & diaphoreticæ.

BEZOARDICUM ANIMALE.

Eſt pulvis viperarum ſuperiùs deſcriptus.

BEZOARDICUM SEU DIAPHORETICUM JOVIALE.

℞. Reguli antimonii jovialis libras duas,

Pulveriſentur ſubtiliſſimè, expoſt addantur

Mercurii ſublimati libræ duæ,

Miſceantur, & deſtillentur inſtar butyri antimonii, butyrum deſtillatum inſtilletur in aquam pluviam limpidiſſimam in vaſe amplo vitreo, ſic ad fundum cadet pulvis candidiſſimus, qui affusâ ſæpius aquâ pluviâ ad tollendam omnem acrimoniam edulcoretur, dein

℞. Hujus pulveris vel mercurii vitæ jovialis libram ſemis,

Nitri ſiccati libram unam ſemis,

Miſceantur in crucibulo per vices injiciendo, & procedatur uti in antimonio diaphoretico.

In obſtructionibus hepatis & lienis reſerandis, ſudore movendo, & paſſionibus hyſtericis virtutes patefacit.

BEZOARDICUM LUNARE.

℞. Reguli antimonii lunaris libram ſemis,

Nitri depurati libram unam ſemis,

Miſceantur, detonentur, benè edulcorentur, & exſiccentur.

In affectibus capitis, & fœminarum eriſipelatode recommendatur.

BEZOARDICUM MARTIALE.

Idem eſt ac ceruſſa antimonii martialis.

BEZOARDICUM MINERALE.

℞. Mercurii vitæ libram ſemis,

Nitri depurati libram unam ſemis,

Calci

Calcinentur, & edulcorentur ad normam antimonii diaphoretici.

Virtutes ſunt alexipharmacæ & diaphoreticæ.

BEZOARDICUM SOLARE.

℞. Butyri antimonii ex mercurii dulcis libra una, & antimonii hungarici crudi unciis octo ex retorta deſtillati ac rectificati, quantum fiet, ex quo mercurius vitæ, lege artis, paretur, exſiccetur, & cum tartaro & nitro ana in regulum vertatur;

Hujus reguli uncia una,
Auri foliati drachma una,

Fluant mixta in crucibulo, refrigerata & pulveriſata cum tripla nitri quantitate detonentur, edulcorentur, & ſiccentur.

Vires ſunt cordiales & alexipharmacæ, in arthritide, podagra, ſcorbuto, & lue venerea ſalutares.

CINNABARIS FACTITIA.

℞. Sulphuris unciam unam,
Liquefiat in magno fictili, dein paulatim admiſceantur
Mercurii vivi unciæ tres,

Agitetur maſſa, & fuſio continuetur, donec nullus amplius mercurius obſervetur, mixtura hæc pulveriſetur, & ſublimetur in ollis igne aperto gradatim aucto, & fiet maſſa dura ac rubicundiſſima, qui color, ſi deficiat, ſublimatio reiteretur.

In lue venerea & ſcabie extrinſecùs recommendatur.

CINNABARIS NATIVA PER DECOCTIONEM, SEU CREMOR CINNABARIS.

℞. Cinnabaris nativæ ſubtiliſſimè levigatæ quantum placet,

Coquatur in vaſe terreo cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, ſupernatans ſpuma ſemper amoveatur, & exſiccetur, ac pro uſu ſervetur.

Viribus pollet cephalicis, & inſervit præcipuè ad pulverem hannoverianum.

CINNABARIS NATIVA PER SUBLIMATIONEM.

℞. Cinnabaris nativæ, vel mineræ cinnabaris quantum placet,

Indatur phiolæ, vel ad excipiendum mercurium vivum, retortæ, ſublimetur, adhærentesquè impuritates amoveantur.

Vires ſunt cephalicæ, alexipharmacæ, & diaphoreticæ.

CROCUS MARTIS ADSTRINGENS.

℞. Limaturæ martis quantum placet,

Calcinetur eò uſquè igne reverberii, donec in ſuperficie ſpongioſa appareat, & in florem rubicundiſſimum abeat.

In diarrhæa, dyſenteria, aliiſquè fluxibus ſiſtendis adhibetur.

CROCUS MARTIS APERITIVUS.

℞. Limaturæ martis libram unam, Irroretur ſpiritûs vitrioli ſufficienti quantitate quater vel quinquies, & ſemper exſiccetur, ac fortiori igne in pulverem rubicundum calcinetur.

In ictero, hydrope, cachexia, & malo hypochondriaco crebrior eſt uſus.

CROCUS è MARTIS VITRIOLO APERITIVUS.

Paratur ex vitriolo martis ad rubedinem calcinato.

Eaſdem cum priori virtutes in ſe continet.

CROCUS METALLORUM.

℞. Antimonii hungarici
Nitri ana libram unam,

Minutiſſimè terantur, miſceantur atquè in crucibulo vel catino firmo detonentur, maſſa exempta in aqua ſolvatur, ſubtilior pars eluatur, & poſtquam ſubſederit, aqua decantetur, & novâ affusâ pulvis ulteriùs eluatur.

In oculorum affectibus externè, internè vires ſunt potenter emeticæ, hinc cautè in adhibitione procedendum.

CROCUS VENERIS.

Paratur ex vitriolo veneris ad rubedinem calcinato.

Ad ulcera putrida externè ſolet adhiberi.

CORNU CERVI AURATUM.

℞. Croci ſolis ſcrupulos quatuor,
Cornu cervi philoſophici unciam unam,

Miſceantur in pulverem.

In variolis, morbillis, febribusquè malignis ſudoriferum & cordiale præſtat medicamentum.

CORNU CERVI PHILOSOPHICUM.

℞. Cornu cervi in majora fruſta diſſecti quantum placet,

Suſpendatur in collo veſicæ aut cucurbitæ appoſito alembico, ut ita vapore aquæ aſcendente paulatim emolliant, dein medulla & exterior cortex nigricans, cultro ſeparetur, cornu verò albicans exſiccetur, & pulveriſetur.

Virtutes ſunt confortantes & diaphoreticæ.

DIAGRYDIUM LIQUIRITIATUM.

℞. Scammonei pulveriſati quantum placet,

Imprægnetur leni decocto liquiritiæ, & rurſus exſiccetur, hocquè ter repetatur, & habebitur intentum.

Ad viſcoſitates præcipuè thoracis evacuandas adhibetur.

DIA-

DIAGRYDIUM SULPHURATUM, SEU CHOLAGOGUM SIMPLEX, VEL PULVIS GRYSEUS.

℞. Scammonei minutiſſimè triti
libram unam,

Extendatur ſuper chartam bibulam perforatam cribro impoſitam, ſubtus accendatur ſulphur, & moderatè agitetur, ne in grumos abeat.

Ad alia purgantia ſtimulanda & acuenda adhibetur.

FÆCULÆ ACETOSELLÆ.

Reperiuntur inter ſalia hujus claſſis.

FÆCULÆ RADICIS ARONIS.

℞. Radicis aronis ſuccolentæ, mundatæ, & ab externa pellicula liberatæ quantum placet, contundatur optimè cum bona quantitate aquæ fontanæ in mortario lapideo, exprimatur per ſaccum lineum ſub prælo fortiſſimo, ſuccus expreſſus in vaſe vitreato ad reſidentiam pulveris albiſſimi reponatur, dein ſtatim aqua per inclinationem decantetur, & pulvis ſubſidens edulcoretur parum, & exſiccetur.

Tali modo parantur

Fæculæ radicis bryoniæ,
Radicis Ireos noſtratis,
Radicis pœoniæ.

Fœculæ omnes ſimplicium virtutes quamvis mitiori gradu æmulantur.

FLORES ANTIMONII.

Habentur in principio hujus claſſis.

FLORES BENZOINI.

℞. Benzoes tritum, & cum æquali arenæ pondere mixtum ollæ rotundæ imponatur, cujus orificium duplici chartâ emporeticâ in modum pyramidis, vel manicæ hippocratis convolutâ claudatur, dein igne ad ſublimationem idoneo ſuppoſito flores nivei ſæpius colligantur.

Præparatur etiam per retortam, ubi primò flores, qui aquâ calidâ ſolvendi & exſiccandi ſunt, dein oleum ſequitur.

Reſpirationis difficultati â viſcoſitate impacta ortæ opitulantur.

FLORES CORALLIORUM.

℞. Liquoris â magiſterio coralliorum decantati quantum placet, inſpiſſetur ad medietatem vel ultra, ut in flores ſe cryſtalliſet, qui modicùm edulcorentur, filtrentur & exſiccentur.

Eodem modo parantur

Flores margaritarum,
Matris perlarum,
Et ex aliis conchiliis.

Virtutibus ingredientia ſimplicia referunt.

FLORES NITRI.

℞. Solvatur nitrum in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, vaſe terreo non vitreato, reponatur in cellam, & adhærebunt vaſi flores externè.

In febribus ardentibus & malignis inflammationem mitigant, fauciumquè ſcabritiem tollunt.

FLORES SALIS ARMONIACI SIMPLICES.

℞. Salis armoniaci quantum placet, Immittatur cucurbitæ vitreæ vel terreæ alembico cæco munitæ, & ſublimentur in principio igne leni gradatim aucto tam diu, donec nihil amplius elevetur, tunc refrigeratis vaſis flores eximantur, & in phiola optimè clauſa aſſerventur.

Poteſt etiam ſublimatio inſtitui in vaſe ſublimatorio terreo cum alutellis.

Diaphoreticum præſtant effectum in febribus, & affectione hypochondriaca.

FLORES SALIS ARMONIACI MARTIALES.

Parantur eodem modo, niſi quod addatur anaticum pondus limaturæ martis, vel lapidis hæmatitis, & ante ſublimationem in cella per aliquod tempus ſtent commixta.

Virtutes ſunt ſuo genere validiores præcedentibus.

FLORES SULPHURIS SIMPLICES.

℞. Sulphuris communis in fruſta confracti libras duas,

Injiciantur in cucurbitam terream vitreatam, ſublimentur ex arena igne non nimiùm intenſo, ne ſulphur fluat, & ſic in flores ſublimabitur, qui repetitis ſæpè alternis alembicorum vicibus colligantur, & rurſus aliquid ſulphuris ſubinde cucurbitæ immittatur, donec ſufficiens florum quantitas collecta fuerit.

In tuſſi, phthiſi & aſthmate recommendantur.

FLORES SULPHURIS COMPOSITI.

℞. Florum ſulphuris ſimplicium uncias duas,
Aloes ſuccotrinæ
Myrrhæ electæ ana unciam unam,
Croci auſtriaci ſcrupulum unum,

Terantur in ſubtiliſſimum pulverem, miſceantur, & ſerventur uſui.

In peſte, exanthematibus, pleuritide, & aliis thoracis affectibus conducunt.

FLORES VENERIS, SEU VIRIDIS ÆRIS.

Solvatur viride æris in aceto deſtillato, dein filtretur, ac cryſtalliſetur.

In

In ulceribus uſus eorum externus eſt.

FLORES ZINCI.

Zincus vel per ſe, vel cum ſale armoniaco, vel cum nitro in olla vitreata ſublimetur, dein ab acredine, mediante edulcoratione, liberentur & exſiccentur flores.

In inflammationibus & ſuffuſionibus oculorum optatum hactenus effectum præſtiterunt.

LAPIS CAUSTICUS SEU CORROSIVUS.

℞. Calcis vivæ partem unam,
Cinerum clavellatorum partes duas,

Miſceantur, & calcinentur in olla non vitreata per horas aliquot, tunc maſſa hæc calcinata ſolvatur in aqua pauliſper ebulliendo, dein ſolutio filtretur per chartam, & evaporet in vaſe fictili vel ferreo ad ſiccitatem, & remanebit ſal, quod in crucibulo liquefiat, & coquatur ad humiditatis omnimodam abſumptionem, poſtea maſſa calcinata in crucibuli fundo ſub olei forma exiſtens effundatur, & in vitro optimè clauſo, ne ab aëris humido ſolvatur, aſſervetur; poteſt etiam in particulas ſcindi & aſſervari.

Virtutes nomen indicat, hinc etiam pro fonticulis ponendis accomodatus eſt.

LAPIS INFERNALIS.

℞. Lunæ cupellatæ limatæ unciam unam,

Diſſolvatur in aquæ fortis ſufficienti quantitate, poſtea humiditas ultra medietatem in cucurbita evaporet, reliquum infundatur crucibulo, & igni moderato imponatur tam diu, donec inſtar olei appareat, tunc ſtatim effundatur in canalem cylindricum aptum ſevô illitum & calefactum, poſt refrigerationem lapis eximatur, & in vitro benè clauſo ob aëris injurias aſſervetur.

Excreſcentias, verrucas, fiſtulas, ulcerum, vulnerumquè calloſa oſtia abſumit, mollem cutis, carnisquè ſubſtantiam depaſcendo, fonticulos quoquè excitat.

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

℞. Vitrioli romani libram unam,
Aluminis libram ſemis,
Vitrioli albi
Tartari albi ana uncias quatuor,
Boli communis
Lapidis calaminaris ana uncias duas,
Ceruſſæ
Æruginis
Salis armoniaci ana unciam unam,

Subtiliſſimè pulveriſata cum aceti optimi ſufficienti quantitate ebulliant, & coquantur ad lapidis duritiem.

Ulcera & fiſtulas mundificat, & ſiccat, lymphæquè coagulationem præcavet,

vet, in ſero verò acriori ne adhibeatur.

MAGISTERIUM ANTIMONII.

Habetur ſuperiùs ſub proceſſu antimonii diaphoretici.

MAGISTERIUM CARNEOLI.

℞. Lapidis carneoli quantum placet,
Calcinetur fortiter cum dupla nitri portione, ſubtiliſſimè pulveriſatus irroretur ſpiritûs nitri ſufficienti quantitate, ſtet per aliquot horas, poſtmodum affundatur aceti vini deſtillati quantum ſufficit, fiat per tempus digeſtio in arena ad diſſolutionem, reiteretur affuſio ſpiritûs nitri, & aceti deſtillati ad totalem ſolutionem, filtretur, & præcipitetur cum aqua aluminis, vel oleo tartari edulcoretur, & exſiccetur.

Eadem methodo parantur

Magiſterium granati,
Hyacinthi,
Rubini,
Sapphiri,
Smaragdi,

Quæ magiſteria virtute ſuâ exaltatâ ſimplicium qualitates continent.

MAGISTERIUM COCCINELLÆ.

℞. Coccinellæ unciam unam,
Modicùm contuſa coquatur in
Aquæ fontanæ libris ſex,
Coctioni inſtilletur
Olei tartari uncia una ſemis,
Reiteretur hæc coctio & inſtillatio ſæpiùs, dein colaturæ filtrentur, & cum aquæ aluminis ſufficienti quantitate præcipitetur, edulcoretur, & exſiccetur, fiatquè taliter magiſterium, ut artis eſt.

Virtutes hujus magiſterii ſunt cordiales, confortantes, & putredini reſiſtentes, in febribus malignis & conſimilibus affectibus.

MAGISTERIUM CORALLIORUM ALBORUM.

℞. Coralliorum alborum quantum placet,
Superaffuſo ſpiritu menſtruali in calore ſolvantur, toties novum ſpiritum affundendo, quamdiu ebullitio excitatur, liquori dein filtrato aqua aluminis, vel ſpiritus vitrioli vel oleum tartari inſtilletur, ita ut pulvis præcipitetur, qui aquâ fontanâ benè edulcoretur, & ſiccetur.

Pari modo parantur

Magiſterium Coralliorum rubrorum,
Lapidis percarum,
Margaritarum,
Matris perlarum,
Oculorum cancrorum.

Quæ ſimplicium virtutes magis exaltatas & concentratas in ſe continent.

MAGISTERIUM CORDIALE.

℞. Magiſterii Margaritarum
Granati

Granati
Hyacinthi
Sapphiri ana drachmas duas,
Coralliorum unciam ſemis,
Oſſis de corde cervi drachmam unam,

Miſceantur probè pulveriſata pro cordiali magiſterio.

Virtutes cordialis hujus medicinæ nomen indigitat.

MAGISTERIUM CORNU CERVI.

℞. Raſuræ cornu cervi ex apicibus quantum placet,
Spiritûs menſtrualis ſufficiens quantitas dein affundatur, ſtent per aliquot dies in digeſtione, tum colentur, & colaturæ inſtilletur aqua aluminis, vel ſpiritus vitrioli, vel oleum tartari, ut pulvis præcipitetur, qui edulcoretur, & exſiccetur.

Ad hanc normam parantur
Magiſterium cornu alcis,
Cranii humani,
Dentium apri,
Eboris raſpati,
Mandibuli lucii,
Oſſis ſepiæ,
Rhinocerotis,
Ungulæ alcis,
Unicornu.

Quæ magiſteria ſimplicium virtutes concentratas poſſident.

MAGISTERIUM EPILEPTICUM.

℞. Magiſterii ungulæ alcis
Cranii humani violentâ morte extincti
Cornu alcis
Cornu cervi ana unciam ſemis,
Smaragdi orientalis veri unciam unam,
Unicornu veri drachmas duas,
Succini drachmam unam,

Miſceantur exactè pulveriſata pro uſu.

Virtutes ſuas in epilepſia & convulſionibus cephalicas abundè demonſtrat.

MAGISTERIUM GUMMI GUTTÆ.

℞. Pulveris gummi guttæ vel gamandræ quantum placet, irroretur ſpiritu vitrioli ad pultis formam, dein affundatur aqua tepida, & ſtatim reſina ejus in fundo præcipitabitur, aqua hæc decantetur, & reſina exſiccetur.

Humores ſeroſos in hydrope, febribus, ſcabie & conſimilibus affectibus per inferiora blandè ſubducit.

MAGISTERIUM SIVE RESINA JALAPPÆ.

℞. Radicis jalappæ quantum placet, craſſiuſculè contuſæ affundatur ſpiritus vini optimè rectificatus ad quatuor digitorū eminentiam, ſtent

loco calido infuſa per aliquot dies, dein colentur forti expreſſione, & affundatur novus ſpiritus vini, & hæc infuſio ac extractio toties repetatur, donec ſpiritus nullam ampliùs tincturam aſſumat, tandem â commixtis & filtratis abſtrahatur ſpiritus vini ad tertiæ partis remanentiam, dein affundatur aqua fontana, & præcipitetur, reſinoſa jalappæ ſubſtantia in fundo cucurbitæ hærens aquâ clarâ ſæpiùs lavetur, & inſpiſſetur ad ſiccitatem.

Ad hanc normam parantur

Magiſterium ſive reſina agarici,
Ligni aloes,
Ligni ſancti,
Mechoacannæ,
Scammonei, quod etiam pulvis ſyrius dicitur,
Turpethi.

Virtutes horum magiſteriorum & reſinarum pro diverſitate ſimplicium contentorum magis vel minus, præcipuè pro delicatulis, operantur.

MAGISTERIUM JOVIS.

℞. è Cinere ſtanni puri aperto igne præparato extrahatur cum aceto deſtillato forti ſal, dein oleum tartari ſupra extractionem priùs filtratam inſtilletur, ut lactis inſtar albeſcat, & pulvis albus ad fundum præcipitetur, & toties aquâ pluviali deſtillatâ edulcoretur, donec acrimonia ceſſet, tandem exſiccetur, & uſui ſervetur.

In affectibus hyſtericis, & obſtructionibus hypochondriacis optato ſucceſſu exhibetur.

Paratur & hoc modo

Magiſterium ſaturni vel ex ceruſſa, vel ex minio, vel ex lithargyrio, vel ex plumbo.

Libidini reſiſtit, ulceribus corroſivis, malignis & cancroſis, ambuſtis & tumoribus duris, item oculorum rubedini & inflammationibus medetur.

MAGISTERIUM MARCASITÆ.

℞. Marcaſitæ pulveriſatæ quantum placet, ſolvatur in ſpiritûs nitri vel aquæ fortis ſufficienti quantitate, præcipitetur dein cum oleo tartari, edulcoretur, exſiccetur, & uſui ſervetur.

Ad cutis & faciei maculas inſigne eſt coſmeticum.

MAGISTERIUM SMARAGDI SINE PRÆCIPITATIONE.

℞. Olei vitrioli optimi libram unam,
Nitri crudi libram ſemis,
Indantur retortæ vitreæ addendo
Lapidis ſmaragdi ſubtiliſſimè pulveriſati uncias quatuor,

Junc-

Juncturis optimè clauſis, & adpoſito recipiente fiat ſtatim deſtillatio, ne vitrum antea corrodat, peractâ deſtillatione in recipiente invenietur ſpiritus fumans, uti in eſſentia vitrioli nitrata memoratum, in retorta autem totus lapis converſus in maſſam albiſſimam, quæ optimè aquâ calidâ edulcoretur, & exſiccetur, ſicquè habetur magiſterium ſine præcipitatione, quod conſimile etiam fieri poteſt de aliis rebus, & lapidibus non adeo duris.

In dyſenteria, aliiſquè alvi fluxibus, cordis palpitatione, melancholia & conſimilibus cum fructu exhibetur.

MAGISTERIUM SEU RESINA SUCCINI.

℞. Succini pulveriſati quantum placet, affundatur ſpiritus vini rectificatiſſimus, ut ſolvatur, dein abſtrahatur ſpiritus, & præcipitetur cum aqua fontana, remanebitquè in fundo magiſterium.

Virtutes ſunt cephalicæ & anodynæ.

MAGISTERIUM SIVE LAC SULPHURIS.

℞. Calcis vivæ partes duas,
Sulphuris pulveriſati partem unam,

Coquantur in cacabo ferreo ſat capaci cum maxima quantitate aquæ, donec tres aquæ partes abſumptæ fuerint, ruboremquè â ſulphure diſſoluto acceperit inſtar ſanguinis, coletur calidè per manicam, refrigeretur, dein præcipitetur urinâ calente, vel aceto deſtillato, & decantato lixivio lac decies vel duodecies aquâ calidâ edulcoretur.

Virtutes in catarrhis, defluxionibus, tuſſi, phthiſi, aſthmate, colica & conſimilibus exſerit.

MAGISTERIUM VITRIOLI MARTIS, SIVE PULVIS POLYCHRESTUS.

℞. Vitrioli martis quantum placet, ſolvatur aquâ fontanâ, filtretur, & præcipitetur oleo tartari, atque in fundo invenietur pulvis, qui edulcoretur, parum ad rubedinem calcinetur, & uſui ſervetur.

In obſtructionibus reſerandis & vermibus necandis bono ſucceſſu adhibetur.

MAGNES ARSENICALIS.

℞. Arſenici cryſtallini
Antimonii crudi
Sulphuris citrini ana uncias duas,

Fiat omnium pulvis ſubtilis, qui in vitro arenæ imponatur, ac igne moderato tam diu ſucceſſivè detineatur, (cavendo ſollicitè â fumo exhalante deleterio) donec omne liqueſcat, quod immiſſo

mundo ſtylo ferreo explorandum eſt, ubi inſtar terebinthinæ ſtylo ferreo maſſa adhærebit, tum refrigeretur vitrum, eoquè fracto materia in lapidem indurata fuſca eximatur, & trita ſervetur.

Uſus eſt in peſte per modum amuleti collo geſtatus, ſervit quoquè in hunc finem pro emplaſtro magnetico.

MAGNESIA SEU PANACEA NITRI.

℞. Lixivii ex matre nitri quantum placet, inſpiſſetur in olla capaci diligentiſſimè ſemper agitando, dein calcinetur, & edulcoretur.

Blandum eſt dulcificans, acidum corrigens, & per alvum leniter ſubducens.

MARS NUTRITUS.

℞. Martis ſubtiliſſimè limati quantum placet, irroretur in vaſe vitreato plani fundi ſucceſſivis vicibus aquæ ſalis armoniaci, vel aquæ microcoſmi recentis ſufficienti quantitate, & ſemper igne ſolis exſiccetur, idquè per totam æſtatem reiteretur, cavendo â pluvioſo & nebuloſo aëre, tandem exſiccatus mars uſui ſervetur.

In obſtructionibus præcipuè hydropicis & hypochondriacis reſerandis maximæ eſt efficaciæ.

MARTIS NIVES.

℞. Reguli antimonii martialis ſtellaris quantum placet,
Indatur crucibulo, cui alterum ſuperimponatur, calcinetur repentino igne, & nives martis adhærebunt, qui mox liberentur.

Virtutes ſunt aperientes, incidentes, & obſtructiones reſolventes.

MATERIA PERLATA.

℞. Antimonii crudi
Nitri
Tartari ana libras duas,
Salis communis libram unam,
Fiat inde regulus, cujus pars una, & nitri partes quatuor ſumantur, detonentur, & poſt lenem calcinationem edulcoretur, & exſiccetur materia.

Ad acidum corrigendum, maſſam ſanguinis depurandam, & ſitim levandam utiliter adhibetur.

MERCURIUS DIAPHORETICUS ALBUS.

℞. Mercurii præcipitati rubri uncias quatuor,
Butyri antimonii uncias duas ſemis,
Aquæ regis libram unam,
Miſceantur, & deſtillentur quinquies per alembicum ſemper ad ſiccitatem, & deſtillatum liquorem ſem-

per reaffundendo, ſic in unaquaque deſtillatione flores aſcendent in copia, qui diligenter ſeparandi, tandem exſiccetur materia remanens, & ſubtiliſſimè pulveriſetur; huic materiæ exſiccatæ & pulveriſatæ affundatur ſpiritûs vini rectificati ſufficiens quantitas, & deſtilletur duodecim vicibus per alembicum, edulcoretur, & pulvis exſiccatus ſervetur uſui.

MERCURIUS DIAPHORETICUS RUBER, SEU PANACEA CINNABARINA.

℞. Mercurii vivi purgati uncias quatuor,
Florum ſulphuris uncias duas,
Salis armoniaci unciam unam ſemis,

Miſceantur exactè, donec nihil amplius mercurii appareat, dein ſublimentur, fiantquè ad minimum decem cohobationes, ſublimatum ſemper cum fœcibus rurſus terendo, ultimatim augeatur ignis, ut candeſcat, fæces nigræ abjiciantur, & quod remanet in fundo ſervetur.

Hic uti & prior diaphoreticus mercurius omnes in humano corpore humores venereos exſiccat, & vel per diaphoreſin, vel blandum ptyaliſmum ſubducit.

MERCURIUS DULCIS.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi in pollinem redacti libram ſemis,
Argenti vivi & benè purgati uncias quatuor,

Vel quantum mercurius ſublimatus per trituram recipere poteſt, ut cineritii coloris pulvis fiat, qui in cucurbita vitrea igne arenæ per gradus adhibito ſublimetur, rejectoquè pulvere rubro in fundo, & albo in vitri collo adhærente, ſolum coagulum cryſtallinum retineatur, & hæc ſublimatio ter aut quater ſine additamento peragatur.

Internè pituitam tenacem incidit & ſubducit, ſanguinem depurat, vermes necat, luem veneream tollit; externè in ſcabie & cutis defluxionibus recommendatur.

MERCURIUS DULCIS, DICTUS PANACEA MERCURII ALBA.

Paratur ad præcedentem modum, niſi quod fieri debeat per quindecim ſublimationes, & ultimatim deflagretur ſpiritu vini alkoholiſato.

Noxios humores in corpore latentes blandè incidit & ſubducit.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS, SEU COSMETICUS.

℞. Mercurii vivi uncias quatuor,

Diſſolvantur in aquæ fortis ſufficienti quantitate, dein aquâ ſalsâ præcipitentur in album pulverem, qui ab omni acrimonia & ſalſedine mediante aquâ fontanâ eluatur, & exſiccetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii vivi purificati libram ſemis,

Diſſolvatur in
Aquæ fortis unciis octo,

Abſtrahatur in alembico, & hoc tribus vicibus, ſecundæ & tertiæ deſtillationi ſemper rurſus addendo
Aquæ fortis unciam unam ſemis,

Ut fiat præcipitatus ruber, ſpecialiter pro mercurio diaphoretico albo inſerviens.

Bini hi mercurii in lue venerea feliciter operantur tam in quàm extra cautè adhibiti.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii vivi purificati
Vitrioli calcinati
Salis decrepitati ana libram unam,

Subigantur cum modico aquæ fortis, vel aceti, exſiccata terantur, & miſceantur piſtillo ligneo tam diu in mortario lapideo, donec mercurius non amplius conſpiciatur, & cum prædictis ſpeciebus in pulverem convertatur, trita dein materia in cucurbita cum alembico ſublimetur, dando in arena ignem per gradus auctum ad octo vel decem horas.

Uſus præcipuus eſt in chymia, quamvis & ad ulcera venerea inveterata externè adhibeatur.

MERCURIUS VIRIDIS, SEU LACERTA VIRIDIS.

℞. Mercurii vivi purificati uncias quatuor,

Solvantur in aqua forti, & in alia aqua forti ſolvatur
Veneris uncia ſemis,

Conjungantur ſolutiones, & abſtrahantur in arena, augendo in fine ignem, ut ſpirituum maxima pars tollatur, quod ſe præcipitat, exſiccetur, & digeratur cum aceto deſtillato in balneo mariæ per viginti quatuor horas, ultimò ebulliant, ut puriſſima mercurii pars in aceto deſtillato ſolvatur, hinc decantetur, abſtrahatur, atquè ſine edulcoratione ſiccetur.

In gonorrhæa virulenta ſpecificum laudatur medicamentum, in lue præterea venerea, ulceribusquè ſimilibus fortiter operatur.

MERCURIUS VITÆ.

℞. Olei ſeu butyri antimonii rectificati quantum placet,

Affundatur aqua fontana, & ſtatim præcipitabitur pulvis albus, qui ad omnis acrimoniæ deperditionem

tionem edulcoretur & exſiccetur.

Maximâ circumſpectione, ne mercurius mortis audiat, adhibitus per ſuperiora & inferiora purgat.

NITRUM ANTIMONIATUM.

℞. Aqua ab edulcoratione antimonii diaphoretici,
Vel ſpecifici ſtomachici,
Vel antihectici poteri,
Vel ceruſſæ antimonii

Relicta ſuppeditabit, lege artis, exhalando nitrum antimoniatum.

Contemperat, refrigerat, & urinam movet, hinc in febribus, angina, aliiſquè inflammationibus conducit.

NITRUM PAPAVERINUM.

℞. Nitri crudi quantum placet,
Solvatur in ſufficienti quantitate infuſionis papaveris, dein inſpiſſetur ad cryſtalliſandum.

Virtutes ſunt contemperantes & refrigerantes, præcipuè in affectibus thoracis.

NITRUM PERLATUM.

℞. Nitri præparati uncias tres,
Salis perlarum unciam unam,
Pulveriſata diſſolvantur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, filtrentur, & evaporent ad cryſtalliſandum.

Virtutes ſunt cordiales & æſtum febrilem mitigantes.

NITRUM PRÆPARATUM, SAL, SIVE LAPIS PRUNELLÆ, SEU CRYSTALLUS MINERALIS.

℞. Salis nitri crudi quantum placet,
Fluat in crucibulo igni impoſito, ſub actuali liquatione injiciatur florum ſulphuris modica portio, quibus deflagratis in laminam metallicam politam guttatim, ut rotulæ fiant, maſſa effundatur, quæ frigore concreſcat.

In febribus ardentibus ſitim ſedat, ſanguinis æſtum temperat, hæmorrhagias, anginam, fauciumquè inflammationes tollit.

NITRUM VITRIOLATUM.

Idem eſt, quod antea deſcriptum arcanum duplicatum.

SALIA ESSENTIALIA.

SAL ACETOSELLÆ.

℞. Succi acetoſellæ expreſſi & depurati magnam quantitatem, coquatur ad tertiæ partis remanenti-

am in vaſe terreo vitreato, & in locum frigidum reponatur, ut cryſtalli concreſcant, his exemptis liquor reliquus ulteriùs inſpiſſetur, & denuò ad cryſtalliſandum reponatur, collectum ſal ab impuritatibus modicâ aquæ quantitate abluatur, & ſiccetur.

Hepaticum perhibetur eſſe ſpecificum medicamentum.

Eodem modo parari ſolet

SAL BERBERVM.

Sal tartari eſſentiale verò idem eſt ac arcanum tartari, ſeu terra foliata tartari, ſive magiſterium tartari purgans.

SALIA FIXA.

SAL ABSYNTHII.

℞. Abſynthii ſicci cum toto, quantum lubet, comburatur in cineres, & cum aqua fontana calida ſal extrahatur aliquamdiu digerendo & coquendo, dein per inclinationem & filtrationem aqua ſeparetur, id, novam affundendo aquam tam diu repetatur, donec aqua lixivioſum ſaporem amplius non ſpiret, tandem exhalando inſpiſſetur, ad hoc, ut commodiùs conſervari poſſit, modicô ſulphuris fortiſſimè calcinetur, dein aquâ ſolutum, filtratum, atque donec pellicula concreſcere incipiat, evaporationi commiſſum reponatur, ut in cryſtallos concreſcat, quæ exſiccentur, & reliquus liquor evaporet, & rurſus reponatur ad ulteriorem cryſtalliſationem.

In obſtructionibus aperiendis, humoribus craſſis & viſcidis incidendis, ac putredine humorum præcavenda, unà cum ſequentibus ſalibus pro re nata, & circumſtantiarum varietate recommendatur.

Parantur autem hoc modo

Sal alkekengi,
Angelicæ,
Artemiſiæ,
Betonicæ,
Capparum è corticibus,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Chamædryos,
Chamæmeli,
Cichorei,
Cochleariæ,
Ebuli,
Euphraſiæ,
Fabarum,
Fœniculi,
Fraxini,
Fumariæ,
Geniſtæ,
Gentianæ,
Hellebori nigri,
Hyperici,
Juniperi,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Menthæ,
Ononidis,
Petroſelini,
Roriſmarini,
Rutæ,

Sal

Sal ſabinæ,
Salviæ,
Sambuci,
Saxifragiæ,
Scordii,
Tamariſci,
Valerianæ,
Vitis,
Urticæ.

SAL FUSUM, SEU DECREPITATUM.

℞. Salis communis, quantum placet,

Optimè calcinetur crucibulo tecto, donec ſal non amplius crepet, & quaſi in fluxum redigatur.

Inſervit ad alias operationes chymicas.

SALIA SOLUBILIA.

SAL CORALLIORUM.

℞. Coralliorum rubrorum pulveriſatorum, quantum placet,

Affundatur aceti deſtillati proportionata quantitas ad ſalis extractionem, filtretur, dein acetum evaporet, in fine evaporationis addatur modica aquæ portio ad odoris acidi exhalationem, dein inſpiſſetur ad ſiccitatem, & remanebit ſal coralliorum.

Pariformiter parantur

Sal margaritarum occidentalium,
Margaritarum orientalium,
Sal matris perlarum,
Oculorum cancri.

Quorum ſalium virtutes ſunt corroborantes.

SALIA VOLATILIA.

SAL ARMONIACUM VOLATILISATUM, SEU SAL ANGLICUM NASALE.

℞. Salis armoniaci
Cinerum clavellatorum ana libram ſemis,

Sublimentur in cucurbita, alembico & recipiente, munita, dein maſſa indatur vitro anguſti colli probè munito; poteſt pro libitu ex diverſi generis oleis deſtillatis aliquot guttulis odor procurari.

In lipothymiis, & animi defectionibus ad ſpiritus excitandos naribus adhibetur.

SAL CORNUCERVI VOLATILE.

Habetur ſub ſpiritu cornucervi.

SAL CRANII HUMANI VOLATILE.

Habetur ſub ſpiritu cranii humani.

SAL FULIGINIS VOLATILE.

Habetur ſub ſpiritu Fuliginis.

SAL LUMBRICORUM VOLATILE.

Habetur ſub ſpiritu lumbricorum, & ad hanc normam etiam parantur

Sal Bufonum volatile,
Millepedum volatile,
Ungulæ alcis volatile.

SAL VIPERARUM VOLATILE.

Habetur ſub ſpiritu viperarum.

SAL SUCCINI VOLATILE.

℞. Succini craſſiuſculè contuſi libras novem,
Arenæ mundæ libras tres,

Miſceantur, & fiat ex retorta capaci arenæ impoſita, igne gradatim aucto deſtillatio, vas recipiens aquâ calidâ, ut in ea ſal volatile diſſolvatur, eluatur, hoc per chartam emporeticam prius aquâ madefactam ab oleo ſeparetur, & poſt factam exhalationem ſal colligatur.

Virtutes ſunt cephalicæ, alexipharmacæ, nephriticæ & uterinæ.

SAL TARTARI VOLATILE.

℞. Fœces vini, poſt factam ex eis ſpiritûs abſtractionem, ſuper aſſeres effundantur, & in loco umbroſo ſenſim exſiccentur, tum in retorta arenæ impoſita igne gradatim aucto deſtillentur, ſal prolectum ab oleo & ſpiritu, lege artis, ſeparetur, atquè modicâ ſpiritûs vini rectificatiſſimi additione, additoquè cornu cervi uſto ſublimetur ex phiola.

Ob virtutes diureticas & diaphoreticas in febribus ardentibus & hydrope adhibetur.

SAL URINÆ VOLATILE.

℞. Urinæ juvenis ſani recenter miſſæ quantum placet,

Evaporet in patella ferrea ſupra ignem lentum ad ſiccitatem, & indatur retortæ, atquè deſtilletur, procedendo uti in ſale tartari volatili ex fæcibus vini parato.

Virtutes ſunt incidentes, obſtructiones reſolventes, & ſanguinis circulum promoventes in apoplexia, epilepſia, vertigine & menſibus ſuppreſſis.

SAL ARMONIACUM DEPURATUM.

℞. Salis armoniaci, quantum placet,

Solvatur in ſufficienti quantitate aquæ calidæ, & filtretur, dein reponatur in locum frigidum, quod in aqua florum inſtar ſubſidebit, exſiccetur, liquor verò decantatus ulteriùs per exhalationem concentretur.

Diaphoreticum præſtat effectum in febribus & affectione hypochondriaca.

SAL

SAL COSMETICVM.

℞. Plumbi libras duas,

Fluant in crucibulo igne ſatis forti, injiciendo inter fluorem ſucceſſivè ſulphuris citrini groſſo modo contuſi tantum, quantum ſufficit, ut totum plumbum redigatur in pulverem, qui eximatur, huic dein addatur

Matris perlarum pulveriſatæ libra ſemis,

Indantur cucurbitæ, & affundatur aceti deſtillati ſufficiens quantitas, digerantur leni calore per noctem, manè decantetur, & novum reaffundatur acetum, ut omne ſal extrahatur, ſolutiones filtrentur, & in vaſe vitreato inſpiſſentur, invenieturquè ſal, quod aquâ fontanâ rurſus ſolvatur, filtretur, & reponatur ad cryſtalliſandum, provenietquè ſal nitidiſſimum, quod exſiccetur.

Coſmeticum eſt inſigne, cutim dealbat, & faciem lentigine liberat, ſi ſcrupulus unus in unciis tribus aquæ deſtillatæ appropriatæ ſolvatur, & filtretur; internè quoquè ſumptum ſalis ſaturni virtutibus pollet.

SAL FEBRILE.

℞. Arcani duplicati
Salis armoniaci depurati
Cardui benedicti
Centaurii minoris
Abſynthii ana unciam unam,

Miſceantur exactè pulveriſata.

In febribus quotidianis, tertianis, iisquè duplicibus, nec non quartanis ſpecificum deprædicatur.

SAL JOVIS.

℞. Cinerum ſtanni libras ſex,

imponantur matracio, & affundatur acetum deſtillatum optimum ad quatuor digitorum eminentiam, digeratur per tres dies in arena calida, matracium ſæpè agitando, hinc ſupernatans liquor per inclinationem decantetur, & affuſo materiæ relictæ alio aceto deſtillato ea rurſus digeratur, rurſusquè liquor per inclinationem effundatur, idquè adhuc ter vel quater repetatur, tunc omnes hæ impregnationes filtrentur, & evaporent in cucurbita vitrea igne arenæ, ita ut quarta duntaxat pars remaneat, quæ refrigeſcat, & in cucurbita ſinè agitatione in cellarium, vel alium locum frigidum reponatur, ſtet ibi per tres vel quatuor dies, & invenientur cryſtalli lateribus accreſcentes, qui â liquore ſeparentur; reſidui liquoris quædam adhuc portio evaporet, & quod remanſit, ponatur ad cryſtalliſandum ut priùs; hæ evaporationes & cryſtalliſationes continuentur, donec omne ſal ſtanni extractum fuerit, quod exſiccetur, & ſervetur uſui. Poteſt & ſine cryſtalliſatione per ſolam evaporationem parari.

In paſſionibus hyſtericis celebre eſt remedium, unguentis quoquè pomatis permixtum inſigne in lichenibus eſt deſiccativum.

Ad hanc normam paratur

SAL SEU SACCHARUM SATURNI.

Ex ceruſſa, lithargyrio, minio, aut plumbo, vel materia Hollandis Schieferweis dicta.

Refrigerat, & exſiccat, ſemen extinguit, & venerem flacceſcentem inducit.

SAL LACTIS, SEU SACCHARUM LACTIS.

Paratur ex ſero lactis optimè clarificato, inſpiſſando illud uſquè ad cuticulam, tum reponatur in cellam, ut cryſtalliſetur, tandem modico aquæ frigidæ abluatur, & exſiccetur.

Virtutes ſunt pectorales, dulcificantes, & obſtructiones hypochondriacas reſolventes.

SAL MARTIS SUBDULCE.

℞. Limaturæ martis quantum placet,

Irroretur optimè aceto deſtillato, ut paſta fiat, quæ ſiccetur, ſiccata teratur, ac iterum irroretur aceto deſtillato pro paſta, & hoc ſæpius repetatur, tandem effundatur phlegma aceti, coquatur bulliendo, & filtretur, dein humiditate in balneo mariæ abſtractâ, digeratur cum ſpiritu vini, & reponatur ad cryſtalliſandum.

Virtutem habet incidendi, atquè obſtructiones viſcerum & uteri etiam contumaciores aperiendi.

SACCHARUM MARTIS.

℞. Limaturæ martis puriſſimi libras quatuor,
Cereviſiæ albæ non nimis dulcis libras octo,

Mixta ſtent in loco calido per quatuor ſeptimanas in digeſtione, poſtea benè ſaturata, coletur, filtretur, & abſtrahatur in vaſe ferreo vel vitreato lentiſſimo igne ad mellaginem, exinde effundatur in minores patellas terreas vitreatas, quæ ponantur in locum calidum, ut lentè ſe ſiccent, quod ſplendidum eſt & nigrum, ſervetur uſui.

In obſtructionibus hypochondriacis, & menſium ſuppreſſionibus præcipuè pro delicatulis conducit.

SAL POLYCHRESTUM.

℞. Nitri crudi
Sulphuris crudi ana libram unam,

Pulveriſentur, & exquiſitè miſceantur, injiciatur in crucibulum optimè priùs calefactum hujus mixtionis uncia una circiter, & orietur ſtatim magna flamma, qua diſparente rurſus mixtionis uncia una injicia-

injiciatur, & ſic pergendo, donec tota mixtio indita ſit, tum continuetur ignis adhuc per quatuor aut quinquè horas, ita ut crucibulum ſemper candeat, dein effundatur maſſa in cacabum æreum ad ignem benè ſiccatum, refrigerata materia pulveriſetur, & ſolvatur aquâ ſufficienti, ſolutio filtretur, & reponatur ad cryſtalliſandum. Quod ſi hoc ſal, ob ſulphur fors adhuc latitans, non exquiſitè album fiat, calcinandum eſt in crucibulo igne magno, ſpatulâ agitando per aliquot horas, donec albeſcat, dein iteranda eſt ſolutio in aqua, filtratio, & cryſtalliſatio.

Vires ſunt abſtergentes, viſcidum incidentes, & blandè alvum urinam & ſudorem moventes.

SAL, SIVE PULVIS SYMPATHETICUS.

℞. Vitrioli de cypro, quantum placet,

Diſſolvatur in aqua ſimplici, filtretur per chartam bibulam, evaporet lento igne, & coaguletur, dein contundatur groſſo modo, & ferventioribus ſolis radiis exponatur per duas tresvè ſeptimanas, donec accuratiſſimè calcinatum fuerit, aëre ſereno exponatur ſolis radiis, pluvioſo verò & humido transferatur in locum ſiccum, & ſemper caveatur, nè tam in præparatione, quàm ex poſt ferro aut alio metallo attingatur; optimè hic labor inſtituitur vigeſimâ quintâ Julii Sole in Draconem ingrediente, expedit quoquè tres vel quatuor dies expectare, ut de hac ſolis ſtatione certi ſimus. Pulvis jam paratus loco ſicco, in vaſe optimè clauſo aſſervetur, ne excrementitiam humiditatem contrahendo virtutes deperdat. Miſcetur quandoquè cum uſnea cranii humani, quandoquè cum tragacantho, ut paſta fiat.

Uſus ejus præcipuus eſt externus ad hæmorrhagias ſiſtendas.

SAL TARTARI FIXUM.

℞. Tartari crudi, quantum placet,

ſternatur in vaſe terreo non vitreato plani fundi ad craſſitiem unius digiti, reverberetur poſtea ad albedinem uſque, perfundatur aquâ communi, filtretur, & inſpiſſetur.

In hypochondriacis & nephriticis affectibus digerit, incidit, & attenuat.

SPIRITUS SALIS COAGULATUS.

℞. Salis abſynthii cryſtallini quantum placet, affundatur ſpiritûs ſalis proportionata quantitas, donec omnis efferveſcentia ceſſet, dein coaguletur, & uſui ſervetur.

Virtutes ſunt ſtomachicæ & diureticæ, hinc in hydrope aliisquè inflationibus ſalutares.

SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS.

Paratur eodem modo, loco ſpiritûs ſalis ſumendo ſpiritum vitrioli.

Virtutes ſunt aperientes, incidentes & reſolventes.

SULPHUR VITRIOLI NARCOTICUM.

℞. Vitrioli hungarici electi quantum placet,

Solvatur aquâ, filtretur, præcipitetur oleo tartari, edulcoretur, exſiccetur, & calcinetur ad rubedinem.

Anodynum eſt inſigne, in catarrhis ferinis, defluxionibus, & thoracis doloribus ſedandis confert.

TARTARUS CHALYBEATUS.

℞. Cremoris tartari libram unam,
Vitrioli martis unciam unam,

Coquantur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, in vaſe terreo ad diſſolutionem, filtrentur, & inſpiſſentur.

In febribus quartanis, ictero, chloroſi & affectione hypochondriaca virtutes demonſtrat.

TARTARI CREMOR, SEU CRYSTALLI.

℞. Tartari albi calidâ aquâ aliquoties ab impuritatibus liberati, & in pulverem tenuem contuſi, quantum placet, coquatur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate in vaſe figulino ad diſſolutionem, fervens hoc decoctum per manicam hippocratis in aliud vas firmum trajiciatur, factâ refrigeratione cryſtalli apparebunt, in ſuperficie verò liquoris cruſta ſub nomine cremoris nota ſeſe monſtrabit, quæ cum cryſtallis frigidâ aquâ abluatur, exſiccetur, & ſuper porphyrite in pulverem albiſſimum conteratur.

Craſſos & viſcidos humores incidit, & attenuat, reſeratquè obſtructiones hepatis & lienis.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Croci metallorum
Cremoris tartari ana uncias quatuor,

Digerantur per duas dies cum
Aquæ fontanæ libris quatuor,

Bulliant in arena, dein filtrentur, liquor filtratus repoſitus evaporet, & tartarus concreſcens exſiccetur.

Virtutes, ſi circumſpectè exhibeatur, nomen ipſum deprædicat.

TAR-

TARTARUS NITRATUS.

℞. Salis tartari
Nitri præparati ana uncias tres,
Solvantur in aqua fontana calida, filtrentur, & mediocriter ſuper ignem coquantur, donec cruſtam aquirat, reliquum in frigido concreſcat, & dabit cryſtallos, ſeu tartarum nitratum.

In obſtructionibus incidendis & reſerandis, putredine humorum, & gutturis inflammatione arcenda, calculo & urina movendis recommendatur.

TARTARUS SOLUBILIS.

℞. Cremoris tartari, quantum placet,
Diſſolvatur in aqua bulliente, ſolutioni filtratæ, & igni ſuperimpoſitæ ſucceſſivè inſtilletur oleum tartari per deliquium tamdiu, donec effervеſcentia ceſſet, demum liquor filtretur, & evaporet ad ſiccitatem.

Ad humores crudos ventriculi & hypochondriorum incidendos, & tam per diureſin, quàm alvum ſubducendos laudatur.

TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Olei tartari per deliquium libram unam,
Huic ſpiritûs vitrioli tantùm guttatim inſtilletur, uſquè dum non ampliùs invicem efferveſcant, poſtea debitè incocta reponantur ad cryſtalliſandum.

TARTARUS VITRIOLATUS AMARICANS.

℞. Tartari crudi libras decem,
Vitrioli hungarici libras quinquè,
Pulveriſata miſceantur, & calcinentur fortiter in furno figulino, poſtea aquâ ſolvantur, filtrentur, & in ſartagine terrea inſpiſſentur, inſpiſſatum rurſus ſolvatur, filtretur, & debitè incoctum reponatur ad cryſtalliſandum; quod ſi albedo in cryſtallis deficiat, repetatur calcinatio.

Virtutes utriuſquè compoſitionis ſunt viſcidum & acidum incidentes, attenuantes & reſolventes.

TERRA VITRIOLI DULCIS.

Eſt colcothar præparatum, ſeu caput mortuum vitrioli edulcoratum & exſiccatum.

In excoriatis optato ſucceſſu exhibetur.

TURPETHUM MINERALE, VEL MERCURIUS PRÆCIPITATUS FLAVUS.

℞. Mercurii vivi optimè depurati uncias duas,
Indantur retortæ vitreæ, & affundantur

Olei vitrioli vel ſulphuris unciæ octo,

Deſtillentur in arena uſquè ad ſiccitatem, in fine ignem augendo, ut vas candeat, & ſic pars ultimorum ſpirituum expellatur; confractâ dein retortâ maſſa albicans eximatur, atque in mortario marmoreo vel vitreo in pulverem redigatur, affundatur huic pulveri aqua fontana calida, & ſtatim ex pulvere albiſſimo fiet flaviſſimus, qui aquâ decantatâ ſæpius edulcorandus, & in umbra ſiccandus.

Vomitum, ſedes, & ptyaliſmum movet, hinc in gonorrhæa, ulceribus malignis, & affectibus venereis recommendatur.

VITRIOLVM MARTIS.

℞. Limaturæ martis quantum placet,

Humectetur ſpiritûs vitrioli, vel olei vitrioli ſufficienti quantitate, dein aquæ tepidæ proportionata quantitas affundatur, digerantur loco calido, dein filtrentur, liquor filtratus ultra medietatem, vel ad cuticulam exhalet, ſic in frigido repoſitâ maſsâ concreſcent cryſtalli viridiuſculæ, qui exſiccentur. Reliquus verò liquor pro vitriolo exin colligendo ulteriùs debitè exhalet; remanentia martis poteſt adhiberi per calcinationem pro croco martis aperitivo.

Ad viſcerum obſtructiones reſerandas, vermes necandos, efferveſcentiam ac diſcraſiam ſanguinis & viſcerum corrigendam, fibraſquè laxas roborandas exhibetur.

VITRIOLUM VENERIS.

℞. Cupri in parva fruſta ſecti libram unam,

Solvatur in

Spiritûs nitri libris duabus,

Effundatur ſolutio in cucurbitam vitream, & evaporet igne arenæ quarta circiter humiditatis pars, reſiduum reponatur in cella vinaria, aut alio loco frigido, in quo per quinquè vel ſex horas quieſcat, fientquè cryſtalli cœruleæ, qui ſeparentur, & pergatur evaporando, ac cryſtalliſando, donec totum extractum fuerit, dein exſiccentur cryſtalli, & in phiola probè obturata aſſerventur.

Virtutes ſunt cauſticæ, hinc ad ſuperfluas carnes abſumendas adhibetur.

VITRIOLUM VOMITIVUM, SIVE GILLA THEOPHRASTI.

℞. Vitrioli albi, quantum placet, diſſolvatur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate in vaſe terreo, ſolutio filtretur, & inſpiſſetur.

Vomitum potenter movet, hinc non niſi cum circumſpectione robuſtis ſubjectis exhibetur.

CLASSIS

CLASSIS DECIMA NONA.

DE

QUORUNDAM

Simplicium ex tribus regnis deſumptorum præparatione.

ÆS USTUM.

Laminæ cupri cum ſulphure ſtratificantur, & comburuntur.

ALOES LOTIO.

Aloes hepaticæ vel ſuccotrinæ, quantum placet, pulveriſetur, dein ſolvatur in aqua pluviali calida, & colatura leni igne inſpiſſetur.

AMMONIACI GUMMI PRÆPARATIO.

Gummi ammoniaci quantum placet, ſolvatur in vino generoſo, coletur, & poſtea vinum leniter coquendo rurſus evaporet.

Ad hanc normam præparatur

Gummi galbanum,
Opopanax,
Sagapenum.

ASELLORUM, SEU MILLEPEDUM PRÆPARATIO.

Millepedum quantitas pro libitu ſumatur, abluantur diligenter vino generoſo, & mox in umbra exſiccentur.

Sic etiam parantur

Lumbrici Terreſtres.

BOLI ARMENÆ PRÆPARATIO.

Bolus armena lævigata eluatur in aqua tormentillæ, & decantetur toties per inclinationem, donec arenulæ & ſordes omnes in fundo remaneant, ablatâ aquâ in ſole vel aëre ſiccetur.

Similiter convenienti aquâ paratur

Ceruſſa veneta,
Creta colonienſis,
Terra ſigillata alba,
Rubra.

CANTHARIDUM PRÆPARATIO.

Cantharides aceto interfectæ â capitibus & alis ſeparatæ & ſiccatæ ſerventur uſui.

CHALCITIDIS PRÆPARATIO.

In vaſe terreo chalcitis aliquamdiu calcinatur, ut ſulphur, ſi quod inſit conjunctum, comburatur, & chalcitis faciliùs in pulverem abeat. In defectu chalcitidis ſubſtitui poteſt vitriolum hungaricum lento igne calcinatum.

CHALYBS CUM SULPHURE.

Fruſto oblongo martis ſeu chalybis adeò ignito, ut ſcintillet, optimè admoveantur magdaliones ſulphuris, ſic liqueſcet mars inſtar ceræ, decidetquè granulatim in ſuppoſitam aquam frigidam, deinde calcinetur in crucibulo, donec omne ſulphur deflagratum fuerit, abluatur, ſiccetur, & pulveriſetur.

CINERES CLAVELLATI.

Præparantur ex fœcibus vini, poſt ſpiritûs vini deſtillationem relictis, per combuſtionem & elixiviationem.

COLCOTHARIS INDULCATI PRÆPARATIO.

Colcothar ad rubedinem calcinatum, vel caput mortuum ſpiritûs vitrioli abluitur aquâ communi toties, donec omnis acrimonia & ſalſedo abſumpta fuerit, tum exſiccetur ad uſum.

CORALLIORUM PRÆPARATIO.

Corallia alba vel rubra in ſubtiliſſimum pulverem redigantur, lævigentur lege artis ſuper porphyritem cum aqua borraginis, & formentur in paſtillos.

Sic convenienti aquâ paratur

Cornu cervi uſtum,
Lapis ætites,
Alabaſtrinus,
Hæmatitis,
Judaicus,
Lazuli,
Lyncis,
Magnetis,
Malachites,
Nephriticus,
Oſtiocollæ,
Percarum,
Spongiæ,
Margaritæ,
Mater perlarum,
Oculi cancrorum,
Spodium,
Succinum album,

Citri

Citrinum,
Unicornu foſſile.

CRANII HUMANI PRÆPARATIO.

Cranii humani violentâ morte peremti, & ab omni immunditie liberati ac raſpati pro libitu contundatur, & cum aqua liliorum convallium minutiſſimè teratur, dein exſiccetur.

Tali methodo parantur

Cornu alcis,
Rhinocerotis,
Dentes apri,
Hippopotami,
Ebur ſine igne,
Lapides carpionum,
Mandibulæ lucii piſcis,
Priapus cervi,
Ceti,
Tauri,
Tali leporis,
Ungula alcis,
Unicornu verum.

ERINACEI USTIO.

Fit in novo fictili vitreato, uſque dum in cinerem redigatur.

Hoc modo parantur

Bufones,
Hirundines,
Lepores martiales,
Pilæ marinæ,
Ranæ,
Sericum crudum,
Spongiæ marinæ,
Talpæ, & ſimilia.

HEPATIS ANGUILLÆ PRÆPARATIO.

Fit unâ vel alterâ lotione in vino generoſo, ſequenti dein exſiccatione.

SANGUINIS HIRCINI PRÆPARATIO.

Hircus mediocris ætatis alatur per menſem pimpinellâ, apiô, petroſelinô, malvâ, leviſticô, chærefoliô, & mactetur circa tempus canicularium, tum ſanguis ejus ex arteriis fluens excipitur, ut concreſcat, hinc aqueo ichore effuſo grumi in furno exſiccentur.

JECORIS LUPI PRÆPARATIO.

Jecur lupi vinô odoratô lotum exſiccetur in furno, & ſantalo citrino pulveriſato inſpergatur, atquè locô ſiccô aſſervetur.

INTESTINORUM ET GUTTURIS LUPI PRÆPARATIO.

Ab omni pinguedine liberentur, & vinô lota exſiccentur.

LAPIDIS CALAMINARIS PRÆPARATIO.

Candefiat in crucibulo, ter vel quater, & toties extinguendo in aqua plantaginis, tandem ſuper porphyritem lævigatus eâdem aquâ in paſtillos redigatur.

Hac methodo cum appropriatis aquis paratur

Lapis carneoli,
Chryſoliti,
Cryſtalli montanæ,
Granati,
Hyacinthi,
Rubini,
Sapphiri,
Sardæ,
Smaragdi,
Topazii,
Tutia alexandrina.

PULMONIS VULPIS PRÆPARATIO.

Pulmones vulpis recentes, exemptâ priùs aſperâ arteriâ, in vino albo cum hyſſopo & ſcabioſa coquantur, & in furno temperatè calido exſiccentur.

SCILLÆ SEU SQUILLÆ PRÆPARATIO.

Scilla magna recens, rejectis aridioribus tunicis extimis, paſtâ panis involvatur, & in clibano ad panis ſufficientiam coquatur, exempta, & in laminas diſſecta filo trajiciatur, ita ut una lamina alteram non tangat, & loco ſicco ſuſpendatur, donec exſiccatæ fuerit. Notandum: ad diſſecandam ſcillam ferreum cultrum non adhibendum, ſed ligneum, eburneum aut oſſeum; panis ſtatim ſine uſu abjiciatur, ne ſumentibus noxam pariat.

TEREBINTHINA COCTA.

Sumatur terebinthinæ claræ quantitas ad libitum, coquatur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate ad ſpiſſitudinem, ſeparetur ab aqua, & ſervetur pro uſu pilularum.

Tali proceſſu etiam paratur

Balſamum copaiviæ.

VIPERÆ VIVÆ PRO JUSCULIS PRÆPARATIO.

Vipera ex italia allata, priùs virgulâ cæſa exacerbetur, ex poſt abſciſsâ caudâ & capite pellis detrahatur, exenteretur, ſpina optimè abluta & conciſa pro juſculo adhibeatur; axungia, hepar & cor ſeparatim ſerventur pro ſpeciali uſu.

INDEX

INDEX.

A.

Acetum Bezoardicum. 1
Calendulæ. 2
Cyani florum. ibid.
Fragorum. ibid.
Lavendulæ florum. ibid.
Liliorum convallium. ibid.
Lithargyrii. ibid.
Papaveris erratici. ibid.
Roſarum florum. ibid.
Rubi idæi. ibid.
Rutæ. ibid.
Sambuci. ibid.
Squilliticum. ibid.
Theriacale. 1
Tunicæ florum. 2
Vini deſtillatum. ibid.
Violarum florum. ibid.
Æs uſtum. 267
Æthiops mineralis. 236
Aloes lotio. 267
Alumen dulce. 236
Uſtum. ibid.
Ammoniaci gummi præparatio. 267
Antihecticum poterii. 737
Antimonii butyrum. ibid.
Cerusſa. ibid.
Martialis. 238
Cinnabaris. 237
Um diaphoreticum. 238
Martiale. ibid.
Flores. ibid.
Hepar. 239
Regulus jovialis. ibid.
Lunaris. ibid.
Martialis. ibid.
Stellatus. ibid.
Medicinalis. ibid.
Simplex. ibid.
Alius. 240
Solaris. ibid.
Sulphur auratum. ibid.
Febrile. ibid.
Tartariſatum. 241
Vitrum hyacinthinum. ibid.
Antiſtomachicum poterii. ibid.
Aquæ compoſitæ. 3
Aqua acouſtica. ibid.
Angelica. 51
Anhaltina. 3
Anodyna. 4
Antiphthiſica. ibid.
Antiſcorbutica. ibid.
Aperitiva. 5
Apoplectica. ibid.
Arthritica. 6
Aſthmatica. 7
Seu Balſamum artificiale. 6
Embryonis. 7
Ventriculi. ibid.
Bardanæ compoſita. 8
Benedicta ſerpilli. ibid.
Bryoniæ compoſita. ibid.
Bufonum. 9
Caponis. ibid.
Carbunculi. ibid.
Carminativa. 10
Regia. ibid.
Cinnamomi bugloſſata. 11
Cydoniata. ibid.
Spirituoſa lactea. ib.
Cum vino. ibid.
Confortativa uſitata. ibid.
Cordialis frigida. 12
Temperata. ibid.
Cordis cervini. 13
Cornu cervi citrata. ibid.
Coſmetica. ibid.
Dyſenterica. ibid.
Epileptica. 14
Puerorum. ibid.
Pro epithemate cordis. ibid.
Fortis. 241
Ad gonorrhæam. 15
Hirundinum cum caſtoreo. ibid.

Aqua hirundinum ſine caſtoreo. ibid.
Hyſterica fœtida. 16
Simplex. 15
Imperatoris Caroli V. 16
Juniperi compoſita. ibid.
Seu lac virginum. 17
Laxativa. 52
Limacum ad calculum. 17
Ad Looch ſanum. ibid.
Lumbricorum compoſita. ibid.
Maſtichina. 18
Meliſſæ citratæ. ibid.
Mellis. ibid.
Mercurialis. 19
Nephritica. ibid.
Nicotianæ. ibid.
Odorifera. ibid.
Ophthalmica ſapphirea. 20
Cum ſapone. ibid.
Phagadænica. ibid.
Phyſagona. ibid.
Picarum. 21
Prophylactica. ibid.
Regis. 241
Ferdinandi ex nitro. 21
Salviæ compoſita. ibid.
Stimmi ſulphurea. 185
Stomachica. 22
Styptica. ibid.
Theriacalis. ibid.
Romana. 23
Typhorum cervi. ibid.
Viridis. ibid.
Vitæ, ſeu elixirium. ibid.
Mulierum. 24
Vulneraria ex ſuccis. ibid.
Zedoariæ aniſata. 25
Aquæ ſimplices. ibid.
Aqua abrotani. ibid.
Abſynthii. ibid.
Acaciæ ex floribus. ibid.
Acetoſæ. ibid.
Acetoſellæ. ibid.
Agrimoniæ. ibid.
Alchimillæ. ibid
Alkekengi ex baccis. ibid.
Anagallidis. ibid.
Anethi. ibid.
Angelicæ. ibid.
Aniſi. ibid.

Aqua anſerinæ. ibid.
Aquilegiæ. ibid.
Arthemiſiæ. ibid.
Aurantiorum corticum cum vino. ibid.
Sine vino. ibid.
Ex floribus. ibid.
Auriculæ muris. ibid.
Barbæ caprinæ. ibid.
Bardanæ. ibid.
Baſiliconis. ibid.
Bellidis ex floribus. ibid.
Betæ. ibid.
Betonicæ. ibid.
Betulæ ex ſucco. ibid.
Borraginis. ibid.
Bugloſſi. ibid.
Burſæ Paſtoris. ibid.
Calaminthæ montanæ. ibid.
Vulgaris. ibid.
Calcis vivæ. ibid.
Calendulæ ex floribus ibid.
Capillorum veneris. ibid.
Cardui benedicti. ibid.
Mariæ. ibid.
Carvi. ibid.
Centaurii minoris. ibid.
Ceraſorum nigrorum. ibid.
Chærefolii. ibid.
Chamædryos. ibid.
Chamæpityos. ibid.
Chamæmeli romani. ibid.
Vulgaris. ibid.
Chelidoniæ. ibid.
Cheyri. 26
Cichorei. ibid.
Citri ex corticibus. ibid.
Totius. ibid.
Cochleariæ. ibid.
Conſolidæ regalis. ibid.
Cuſcutæ. ibid.
Cyani ex floribus. ibid.
Ebuli ex baccis. ibid.
Endiviæ. ibid.
Enulæ. ibid.
Equiſeti. ibid.
Eupatorii. ibid.
Euphraſiæ. ibid.
Fabarum ex floribus. ibid.
Farfaræ. ibid.

Aqua.

Aqua floꝛum omnium. 26
Fœniculi. ibid.
Fragariæ. ibid.
Fragorum. ibid.
Fumariæ. ibid.
Galegæ. ibid.
Geniſtæ. ibid.
Gentianæ. ibid.
Geranii. ibid.
Graminis. ibid.
Hederæ terreſtris. ibid.
Hepaticæ nobilis. ibid.
Hyperici. ibid.
Hyſſopi. ibid.
Juniperi ex baccis. ibid.
Lactucæ. ibid.
Lavendulæ cum vino. 25
Sine vino. 26
Leviſtici. ibid.
Liguſtri. ibid.
Liliorum alborum. ibid.
Convallium cum vino. 25
Sine vino. 26
Lupuli. ibid.
Majoranæ. ibid.
Malvæ. ibid.
Marrubii. ibid.
Matricariæ. ibid.
Meliloti. ibid.
Meliſſæ cum vino. 25
Sine vino. 26
Menthæ cum vino. 25
Sine vino. 26
Per fermentationem. 26
Millefolii. ibid.
Naſturtii aquatici. ibid.
Nymphææ ex floribus. ibid.
Oculi populi. ibid.
Onenidis. ibid.
Origani. ibid.
Papaveris erratici. ibid.
Parietariæ. ibid.
Perfoliatæ. ibid.
Perſicorum ex floribus. ibid.
Petroſelini. ibid
Pimpinellæ. ibid.
Plantaginis. ibid.
Pœoniæ ex floribus. ibid
Portulacæ. ibid.
Aqua primulæ veris. ibid.
Prunellæ. ibid.
Pulegii. ibid.
Pyrolæ. ibid.
Quercûs ex foliis. ibid.
Raphani. ibid.
Roris majalis. ibid.
Marini. ibid.
Roſarum albarum. ibid.
Damaſcenarum. ibid.
Rubi idæi. ibid.
Rutæ. ibid.
Sabinæ. ibid.
Salviæ. ibid.
Sambuci ex floribus. ibid.
Saxifragiæ. ibid.
Scabioſæ. ibid.
Scolopendrii. ibid.
Scordii. 27
Scorzoneræ. ibid.
Sempervivi. ibid.
Seri lactis. ibid.
Serpilli. ibid.
Sigilli ſalomonis. ibid.
Solani. ibid.
Spermatis ranarum. ibid.
Tanaceti. ibid.
Taraxaconis. ibid.
Tiliæ ex floribus. ibid.
Tormentillæ. ibid.
Tunicæ ex floribus. ibid.
Tuſſilaginis. ibid.
Valerianæ. ibid.
Verbaſci. ibid.
Verbenæ. ibid.
Veronicæ. ibid.
Vincetoxici. ibid.
Violarum ex floribus. ibid.
Vitis ex lachrymis. ibid.
Urticæ. ibid.
Zedoriæ cum vino. 25
Arcanum aluminis. 242
Corallinum. ibid.
Duplicatum. ibid.
Lixiviatum. ibid.
Martiale. ibid.
Tartari. 91
Aſellorum præparatio. 267
Auri crocus ruber. 242
Extemporaneus. 243

Violaceo purpureus. 243
Aurum balſamicum. ibid.
Diaphoreticum. ibid.
Fulminans. ibid.

B.

Bacilli liquiritiæ albi. 44
Citrini. ibid.
Balſamum aloes. 120
Anglicanum. 28
Antimonii. ibid.
Antiſpaſmodicum. ibid.
Apoplecticum. 29
Arcæi. ibid.
Borrhi. ibid.
Caryophyllorum. 38
Cellenſe. 30
Cinnamomi. 38
Citri. ibid.
Commendatoris. 30
Copaiviæ. 270
Coſmeticum 20
Embryonum. 7
Epiſcopale. 30
Hypnoticum. 31
Hyſtericum. ibid.
Innocentii XI. ibid.
Iſchæmum. 32
Lavendulæ. 38
Locatelli. 32
Macis. 38
Magicum. 32
Magnanimitatis. 33
Majoranæ. 38
Martiatum. 33
Odontalgicum. ibid.
Paralyticum. 34
Pareyræ bravæ. ibid.
Polychreſtum. ibid.
Puerorum dentientium. 35
Rhodii ligni. 38
Roris marini. ibid.
Roſarum. ibid.
Rutæ. ibid.
Saxonicum. 35
Stomachicum. ibid.
Succini. 38
Sulphuris amygdalatum. 36
Aniſatum. ibid.
Juniperatum. ibid.
Rulandinum. ibid.
Succinatum. ibid.
Terebinthinatum. 36
Ventriculi. 7
Vitæ. 36
Vulnerarium hanckii. 37
Mindereri. ibid.
Viride. ibid.
Bezoardicum animale. 244
Joviale. ibid.
Lunare. ibid.
Martiale. ibid.
Minerale. ibid.
Solare. 245
Boli armenæ præparatio. 267
Bufonum præparatio. 269
Butyrum antimonij. 237

C.

Candelæ fumales. 218
Cantharidum præparatio. 268
Ceratum matricale. 109
Ceruſſæ venetæ præparatio. 268
Chalcitidis præparatio. ibid.
Chalybis cum ſulphure præparatio. ib.
Cinerum clavellatorum præparatio. ib.
Cholagogum ſimplex. 247
Cinnabaris antimonii. 237
Factitia 245
Nativa per decoctionem. ibid.
Per ſublimationem. ib.
Clyſſus mineralis. 185
Colcotharis indulcati præparatio. 268
Condita officinalia. 39
Acori radices. ibid.
Aurantiorum cortices. ibid.
Flores. ibid.
Berberis fructus. ibid.
Calamus aromaticus. ibid.
Ceraſa acida. ibid.
Cichorei radices. ibid.
Citri caro. ibid.
Cortices. ibid.
Cydonia. ibid.
Enulæ radices. ibid.
Eryngii radices. ibid.
Nuces indicæ. ibid.
Juglandes. ibid.
Ribes. ibid.
Satyrionis radices. ibid.

Scor-

Scorzoneræ radices. ibid.
Zinziber. ibid.
Confectio alkermes completa. 60
Incompleta. 59
Anacardina. 60
Hamech. 60
De Hyacintho. 61
Spagirica. 61
Conſerva de abſynthio pontico. 39
Vulgari. ibid.
Acetoſa. ibid.
Acetoſella. ibid.
Anthos. ib.
Aurantiorum floribus. ib.
Balauſtiæ floribus. ibid.
Bellidis albæ floribus. ibid.
Rubræ floribus. ib.
Betonicæ floribus. ib.
Borraginis floribus. ib.
Bugloſſi floribus. ib.
Calendulæ floribus. ib.
Carduo benedicto. ib.
Centaurii minoris floribus. ib
Cichorei floribus. ib.
Citro ex pulpa. 40
Cochlearia. ib.
Euphraſia. ib.
Farfara. ib.
Fumaria. ib.
Hedera terreſtri. ib.
Hyperici floribus. ib.
Lavendulæ floribus. ib.
Liliis convalliis. ib.
Majorana. ib.
Malva arborea. ib.
Malvæ vulgaris floribus. ib.
Meliſſa. ib.
Mentha. ib.
Nymphææ floribus. ib.
Papavere erratico. ib.
Paralyſeos floribus. ib.
Perſicorum floribus. ib.
Pœoniæ floribus. ib.
Roſis albis. ib.
Damaſcenis. ib.
Rubris. ib.
Vitriolatis. ib.
Ruta. ib.
Salviæ floribus. ib.
Scabioſæ floribus. ib.
Trifolio fibrino. ib.
Tunicæ floribus. ib.
Veronica. ib.
Violarum floribus. ib.
Coralliorum alborum præparatio. 268
Rubrorum præparatio. ib.
Cornu alcis præparatio. 269
Cervi auratum. 246
Philoſophicum. ib.
Uſti præparatio. 268
Rhinocerotis præparatio. 269
Cranii humani præparatio. 269
Cretæ colonienſis præparatio. 268
Crocus martis adſtringens. 245
Aperitivus. 246
è Martis vitriolo aperitivus. ib.
Metallorum. ib.
Veneris. ib.
Cryſtallus mineralis. 257
Montanæ præparatio. 270
Tartari. 264

D.

Decoctum alexipharmacum. 45
De althæa. ib.
Antiaſthmaticum. ib.
Antifebrile. 46
Antiictericum. ib.
Antipodagricum. ib.
Antiſcorbuticum. ib.
Aperitivum majus. 47
Cum rhabarbaro. ib.
Minus. ib.
Avenæ. 48
Carminativum. ib.
Citri totius. ib.
Dyſentericum. 49
Emolliens. ib.
Florum & fructuum. ib.
Foreſti. ib.
Pro gargariſmate. 50
Lignorum. ib.
Millefolii. ib.
Nigrum. ib.
Pectorale. 51
Vulnerarium. ib.
Dentium apri præparatio. 269
Hyppopothami præparatio. ib.
Diacodium crocatum. 205
Liquidum. ib.

Ireatum. 110
Diagrydium liquiritiatum. 246
Sulphuratum. 247
Diaphoreticum Joviale. 244

E.

Eboris ſine igne præparatio. 269
Eloeoſaccharum aniſi. 40
Aurantiorum. ib.
Cinnamomi. ib
Citri. ib.
Fœniculi. ib.
Macis. ib.
Saſſafras. ib.
Succini. ib.
Electuarium antidotale. 57
Antiſcorbuticum. ib.
Baccarum lauri. 58
Benedictum laxativum. ib.
Caryocoſtinum. ib.
Catharcticum regium. 59
Chalybeatum. ib.
Seu confectio alkermes completa. 60
Incompleta. 59
Anacardina. 60
Hamech. 60
De hyacintho. 61
Spagirica. 61
Dentifricium. 61
Diacarthami. 61
Diacatholicum. 62
Diacorum. 62
Diaſatyrium. 62
Diaſcordium. 63
Dyſentericum Stypticum. 63
Purgans. 64
Febrile. 64
Hieræ cum agarico. 65
Simplex. 65
Hydropicum. 65
Lenitivum. 65
Seu mithridaticum Dam: 66
Orvietanum. 68
Philonium romanum. 68
De pſyllio. 69
Purificans. 69
Seu Requies Nicolai. 70
Seu ſotirella parva. 70
De ſucco roſarum. 70
Tamarindorum. 71
Seu theriaca Andromachi. 71
Diateſſeron. 73
Smaragdina. 73
Elixirium alliatum. 75
Antivenereum. 75
Aperitivum. 76
Febrile 76
Menſtruale. 76
Pectorale. 77
Peſtilentiale. 77
Pœoniæ. 77
Proprietatis cum acido. 78
Dulce. 78
Rhabarbarinum. 78
Salutis. 79
Stomachicum temperatum. 79
Vitæ. 23
Vitrioli. 79
Uterinum. 80
Uterinoſpaſmodicum. 81
Emplaſtrum contra abortum ad lumbos. 103
Ad umbilicum. 103
Album coctum. 103
De ammoniaco. 104
De baccis lauri. 104
Betonicæ. 104
Catagmaticum ad offium fracturas. 104
De cicuta. 105
Citrinum. 105
De cruſta panis. 105
Defenſivum rubrum. 105
Viride. 106
Diabotanum. 106
Diachylum cum gummis. 107
Simplex. 107
Diapalma. 107
Diaphoreticum. 107
Diaſulphuris. 108
Divinum. 108
Febrifugum. 108
Filii Zachariæ. 109
Ad fonticulos album. 109
Rubrum. 109
De galbano crocatum. 109
Simplex, ſeu matricale. 109
Gryſeum. 110
Incognitum. 116

Emplaſtrum Iſchiaticum. 110
Ad Lupiam. 110
Magneticum. 111
Malacticum. 111
Ad mammillas rubrum. 111
De meliloto. 111
De minio. 112
De mucilaginibus. 112
Nervinum. 112
Noricum. 113
Odontalgicum. 113
Opodeldoch. 113
Oxicroceum. 114
De pelle arietina. 114
De ranis cum mercurio 115
Sine mercurio. 115
Ad rupturas ſeu herniam. 115
Santalinum. 116
Saponis. 116
Saturninum. 116
Spermatis cetl. 117
Ranarum. 117
Stomachicum ordinarium. 117
Pretioſum. 118
Strumale. 118
Stypticum. 118
De Tacamahaca. 119
Triapharmacum. 119
Ad veruccas&pedum clavos. ib.
Veſicatorium. 119
Ad ulcera antiqua. 120
Emulſio alexipharmaca expulſiva. 55
Cannabina. 55
Cordialis perlata. 55
Laxativa. 56
Violarum. 56
Erinacei præparatio. 269
Eſſentia abſynthii compoſita. 80
Simplex. 81
Acouſtica. 81
Agrimoniæ. 81
Alexipharmaca. 82
Aloes ligni. 82
Ambræ liquida. 82
Sicca. 82
Anodyna. 83
Anthos. 81
Aphrodiſiaca. 83
Barieræ bravæ. 82
Eſſentia cardui benedicti. 81
Carminativa. 83
Caſcarillæ. 82
Caſſiæ ligneæ. 82
Caſtorei. 83
Catechu. 84
Centaurii minoris. 81
Cephalica. 84
Balſamica. 84
Chamædryos. 81
Cinnamomi. 82
Cochleariæ. 81
Corticis peruviani. 85
Corticum aurantiorum. 81
Citri. 81
Croci. 85
Enulæ ex radicibus. 81
Fumariæ. 81
Gentianæ ex radicibus. 81
Gummi ammoniaci. 85
Hyperici florum. 81
Ligni ſancti. 82
Saſſafras. 82
Lignorum. 85
Macis. 82
Meliſſæ. 81
Menthæ. 81
Millefolii. 81
Myrrhæ. 85
Pectoralis ſaccharata. 86
Pimpinellæ ex radicibus. 81
Pini. 86
Purificans. 86
Rutæ. 81
Santonici. 86
Satyrionis compoſita. 87
Scordii. 81
Stomachica ambrata. 87
Succini. 86
Traumatica. 87
Trifolii fibrini. 81
Viperarum. 88
Vitrioli martialis. 88
Nitrata. 88
Zedoariæ. 82
Extracta compoſita. 120
Extractum agarici compoſitum. 120
Aloes, ſeu balſamum. 120
Amaricans. 121

Extractum catholicum. 121
Diacarthami. 121
Emenagogum. 122
Febrifugum. 122
Hydragogum. 122
Seu laudanum cæſareum completum. 123
Incompletum. 123
Cydoniatum. 123
Diureticum. 123
Hyſtericum. 124
Nepenthes. 123
Opiatum completũ. 124
Incompletum. 124
Martis pomatum. 124
Marocoſtinum. 124
Panchymagogum. 125
Polychreſtum. 125
Theriacale. 126
Seu Theriaca cœleſtis. 126
Extracta ſimplicia. 127
Extractum abſynthii. 127
Agarici. ib.
Agrimoniæ. ib.
Alchimillæ. ib.
Alkekengi. ib.
Aloes ligni. ib.
Angelicæ. ib.
Ariſtolochiæ rotundæ. ib.
Artemiſiæ. ib.
Bellidis. ib.
Biſtortæ. ib.
Calami aromatici. ib.
Caſcarillæ. ib.
Caſtorei. ib.
Centaurii minoris. ib.
Chamædryos. ib.
Chamæpityos. ib.
Chelidoniæ. ib.
Chinæ Chinæ. ib.
Radicis. ib.
Cichorei. ib.
Colocynthidos ib.
Croci. ib.
Doronici. ib.
Elaterii. ib.
Enulæ. ib.
Eſulæ. ib.
Farfaræ. ib.
Foliorum ſennæ. ib.
Extractum Fumariæ. 127
Gentianæ. ib.
Granorum actes. ib.
Hederæ terreſtris. ib.
Hellebori nigri. ib.
Hermodactylorum. ib.
Jalappæ. ib.
Imperatoriæ. ib.
Iridis noſtratis. ib.
Ligni ſancti. ib.
Liliorum convallium. ib.
Liquiritiæ. ib.
Matricariæ. ib.
Mechoacannæ. ib.
Meliſſæ. ib.
Myrrhæ. ib.
Nicotianæ. ib.
Opii. ib.
Papaveris erratici. ib.
Pimpinellæ. ib.
Pini. ib.
Plantaginis. ib.
Pœoniæ. ib.
Pulegii. ib.
Rhabarbari. ib.
Rutæ. ib.
Sabinæ. ib.
Saponariæ. ib.
Sarſa parillæ. ib.
Saſſafras. ib.
Scordii. ib.
Tormentillæ. ib.
Trifolii fibrini. ib.
Turpethi. ib.
Valerianæ. ib.
Verbenæ. ib.
Veronicæ. ib.
Virgæ aureæ. ib.
Viſci quercini. ib.
Zedoariæ. ib.

F.

Fæculæ acetoſellæ. 247
Aronis radicis. 247
Bryoniæ radicis. ib.
Ireos noſtratis radicis. ib.
Pœoniæ radicis. ib.
Flores antimonii. ib.
Benzoin. ib.

Caſſia

Caſſiæ. 208
Coralliorum. 247
Margaritarum. 247
Matris perlarum. 247
Nitri. 248
Salis armoniaci martiales. 248
Simplices. 248
Sulphuris compoſiti. 248
Simplices. 248
Veneris. 248
Zinci. 249

G.

Galbani gummi præparatio. 267
Gilla Theophraſti. 266
Globuli carminativi. 218

H.

Hepatis anguillæ præparatio. 269
Hirundinum præparatio. 269

I.

Jecoris lupi præparatio. 269
Infuſum aſellorum. 51
Seu aqua angelica. 51
Seu aqua laxativa. 52
Seu bellidis tinctura. 52
Cichorei ſanguis chamædryatus. 52
Rhabarbarinus. 53
Simplex. 52
Citri totius. 48
Ad fluorem album. 53
Papaveris erratici. 53
Pectorale purgans. 53
Rhabarbari abſtergens. 53
Roſarum. 54
Seu ſeri lactis tinctura. 54
Tamarindorum. 54
Seu Thee germanicum. 55
Inteſtinorum & gutturis lupi præparatio. 269
Julapium capillorum veneris. 198
Roſatum. 206
Violarum. 206

L.

Lac ſulphuris. 253
Virginis. 17
Lacerta viridis. 256
Lapidis ætitis. 268
Alabaſtrini. 268
Calaminaris. 269
Carneoli. 270
Carpionum. 269
Cryſoliti. 270
Granati. 270
Hæmatitis. 268
Hyacinthi. 270
Judaici. 268
Lazuli. 268
Lyncis. 268
Magnetis. 268
Malachites. 268
Nephritici. 268
Oſtiocollæ. 268
Percarum. 268
Rubini. 270
Sapphiri. 270
Sardæ. 270
Smaragdi. 270
Spongiæ. 268
Topazii ana præparatio. 270
Lapis cauſticus ſeu corroſivus. 249
Infernalis. 249
Medicamentoſus. 249
Prunellæ. 257
Laudanum cæſareum completum. 123
Incompletum. 123
Cydoniatum. 123
Diureticum. 123
Hyſtericum. 124
Liquidum. 83
Nepenthes. 123
Opiatum completum. 124
Incompletum. 124
Leporis martialis præparatio. 269
Liquor anodynus mineralis. 89
Apoplecticus balſamicus. 89
Bezoardicus. 89
Cernu cervi ſuccinatus. 90
Martis ſolaris. 90
Seu ſal volatile oleoſum 90
Tartari concentratus. 91
Spleneticus. 91

Seu terra foliata tartari. 91
De tribus. 92
Viſceralis. 92
Looch ad aſthma ſeu de ſquilla. 75
De farfara. 74
De portulaca. 74
De pulmone vulpis. 74
Sanum & expertum. 74
Lumbricorum præparatio. 267

M.

Magiſteriũ antimonii diaphoretici. 250
Carneoli lapidis. ibid.
Coccinellæ. ibid.
Coralliorum alborum ibid.
Rubrorum. ibid.
Cordiale. ibid.
Cornu alcis. 251
Cervi. ibid.
Cranii humani. ibid.
Dentium apri. ibid.
Eboris raſpati. ibid.
Epilepticum. ibid.
Granati lapidis. 250
Gummi guttæ. 251
Hyacinthi lapidis. 250
Jalappæ. 251
Jovis. 252
Mandibuli lucii. 251
Margaritarum. 250
Matris perlarum. 250
Marcaſitæ. 252
Oculorum cancrorum. 250
Oſſis ſepiæ. 251
Percarum lapidis. 250
Rhinocerotis. 251
Rubini lapidis. 250
Saphiri lapidis. 250
Saturni. 252
Scammonei. 252
Smaragdi lapidis. 250
Sine præcipitatione. 252
Succini. 253
Sulphuris ſive lac. 253
Tartari purgans. 91
Vitrioli martis. 253
Ungulæ alcis. 251
Unicornu. 251
Magnes arſenicalis. 253
Magneſia nitri. 254
Mandibuli lucii præparatio. 269
Margaritarum præparatio. 268
Mars nutritus. 254
Martis nives. 254
Maſſa ad fornacem. 218
Materia perlata. 254
Matris perlarum præparatio. 268
Mel anthoſatum. 206
Calthæ paluſtris. ibid.
Chelidoniæ. ibid.
Mercuriale. ibid.
Pectorale. 207
Pyrethri. ibid.
Roſatum ſimplex. ibid.
ſolutivum. ibid.
Violarum. ibid.
Mercurius diaphoreticus albus. 254
Ruber. 255
Dulcis. 255
Dictus panacea mercurii alba. 255
Præcipitatus albus. 255
Flavus. 265
Ruber. 256
Sublimatus corroſivus. 256
Viridis. 256
Vitæ. 256
Mithridatium damocratis. 66
Miva cydoniorum aromatica. 207
Mixtura ſimplex. 190
Morſuli ad ardorem ventriculi. 40
Imperatoris. 41
Magnanimitatis. 41
Purgantes. 41
Tartarei. 42
Mucharum roſarum. 56

N.

Nitrum antimoniatum. 257
Papaverinum. ibid.
Perlatum. ibid.
Præparatum. ibid.
Vitriolatum. ibid.

O.

Oculorum cancrorum præparatio. 268
Olea cocta compoſita. 128

Oleum

Oleum acouſticum ambratum. 128
Aranearum. 129
De capparibus. 129
Caſtorei. 129
Diacolocynthidos. 130
Gonzagianum. 130
Habacucinum. 130
Hepaticum rubrum. 131
Ad hernias. 131
Hyperici. 131
Lacertarum. 131
Maſtichinum aureum. 132
Nardinum. 132
Sambſuchinum. 132
Scorpionum magnum. 132
Septem florum. 133
Stomachicum. 134
Viride. 134
Olea cocta ſimplicia. 134
Oleum abrotani. 134
Abſynthii. 134
Anagallidis. 134
Anethi. 134
Chamæmeli. ib.
Cheyrinum. ib.
Conſolidæ majoris. ib.
Cydoniorum. ib.
Euphorbii. ib.
Formicarum. ib.
Irinum ex radice & floribus. ib.
Liliorum alborum. ib.
Lumbricorum terreſtrium. ib.
Majoranæ. ib.
Maſtichis. ib.
Menthæ. ib.
Momordicæ. ib.
Myrtillorum. ib.
Nymphææ. ib.
Palmarum. ib.
Ranarum. ib.
Roſarum. ib.
Rutæ. ib.
Sambuci. ib.
Saniculæ. ib.
Scorpionum. 133
Spermatis ranarum. 134
Tamariſci. 134
Verbaſci. 135
Violarum. 135
Olea per deliquium. 135
Oleum myrrhæ. ib.
Tartari. ib.
Olea deſtillata. ib.
Oleum abrotani. ib.
Abſynthii. ib.
Ammoniaci gummi. ib.
Anethi. 136
Angelicæ. ib.
Aniſi. ib.
Antimonii. ib.
Aurantiorum corticum. ib.
Benzoes. 135
Buxi ex ligno. 136
Calami aromatici. 136
Camphoræ. 137
Cardamomi. 136
Carminativum. 137
Carvi. 136
Caryophyllorum. 136
Ceræ. 137
Chamæmeli. 135
Cherefolii. 135
Cinnamomi. 137
Citri è corticibus. 136
Coriandri. 136
Cornu cervini. 137
Cranii humani. 137
Cubebarum. 137
Cumini. 136
Fœniculi. 136
Fuliginis. 136
Galbanetum Paracelſi. 137
Galbani gummi. 136
Guajaci ligni. 136
Hyſſopi. 135
Juniperi ex baccis. 136
Ex ligno. 136
Lavendulæ. 135
Lauri ex baccis. 136
Loimicum. 138
Lumbricorum. 137
Macis. 137
Majoranæ. 135
Maſtichis. 136
Meliſſæ 135
Menthæ. 135
Myrrhæ. 136
Nigellæ. 136

Oleum nucis moſchatæ. 137
Olibani. 136
Opopanacis. 136
Origani. 135
Petroſelini. 136
Philoſophorum. 138
Picis. 136
Pini. 136
Piperis. 137
Pulegii. 135
Rhodii ligni. 137
Roriſmarini. 135
Roſarum verum. 135
Rutæ. 135
Sabinæ. 135
Sagapeni. 136
Salviæ. 135
Sanguinis humani. 137
Saponis. 137
Saſſafras ligni. 137
Satureiæ. 135
Saturni. 138
Serpentum. 137
Serpilli. 135
Spicæ. 135
Styracis. 136
Succini albi. 136
Citrini. 136
Sulphuris. 138
Tanaceti 135
Tartari fœtidum. 138
Terebinthinæ. 139
Thymi. 135
Viperarum. 137
Vitrioli. 138
Ungulæ alcis. 137
Zedoariæ. 137
Olea expreſſa. 139
Oleum amygdalarum amararum. 139
Dulcium. 139
Avellanarum nucum. 140
Cannabis ex ſemine. 139
Hyoſcyami ſeminis. 139
Juglandum nucum. 140
Lini ex ſemine. 139
Nucis moſchatæ. 140
Ovorum. 140
Papaveris albi ex ſemine. 139
Perſicorum nucleorum. 139
Quatuor frigidorum majorum ſeminum. 139
Seſami ex ſemine. 139
Sinapis ex ſemine. 139
Opopanacis gummi præparatio. 267
Oximel ſimplex. 207
Squilliticum. 207
Oxiſaccharum ſimplex. 208

P.

Panis cydoniorum aromaticus. 208
Simplex. 208
Panacea Cinnabarina. 255
Mercurii alba. 255
Nitri alba. 254
Tartarea. 101
Paſſulæ purgantes. 208
Pilarum marinarum præparatio. 269
Pilulæ de agarico. 141
Aggregativæ. 141
Aloëphanginæ. 141
Aloes fragatæ. 142
Roſatæ. 142
Violatæ. 142
De ammoniaco. 142
Anethinæ. 142
Angelicæ. 143
Antipodagricæ. 143
Arthriticæ. 143
Aureæ. 143
Balſamicæ aperitivæ. 144
Mortonianæ. 144
Beccherianæ. 144
Benedictæ faventini. 145
Bennonis. 145
Claſſianæ. 145
Clementinæ. 145
Cochiæ. 146
De cynogloſſo catarrhales. 146
Cum caſtoreo. 146
Emmanuelis. 146
Febriles alterantes. 147
Purgantes. 147
Fœtidæ. 147
Fœtum corroborantes. 147
Francofurtenſes. 148
Ad gonorrhæam. 148
Hieræ cum agarico. 148
Hydropicæ. 148

Pilu-

Pilulæ Hypochondriacæ. 148
Lucis. 149
Martiales. 149
Maſtichinæ. 149
Balſamicæ. 150
Mercuriales. 150
Peſtilentiales. 150
Præſervativæ. 150
Sine quibus eſſe nolo. 150
Spleneticæ. 151
De ſtyrace. 151
De ſuccino. 151
Tartareæ Bontio. 151
Quercetani. 152
Schrœderi. 152
Urbani. 152
Wildeganſenses 152
Priapi cervi præparatio. 269
Ceti præparatio. 269
Tauri præparatio. 269
Pulmonis vulpis præparatio. 270
Pulpa caſſiæ. 208
Pro clyſteribus. 209
Paſſularum. 209
Prunorum. 209
Tamarindorum. 209
Pulveres compoſiti. 153
Pulvis contra abortum. 153
Abſorbens. 153
Alexipharmacus citrinus. 154
Ruber. 154
Analepticus frigidus. 154
Anglicus kentianus. 154
Anodynus. 155
Solaris completus. 155
Incompletus. 155
Anonymus. 155
Anticolicus. 155
Antiſpaſmodicus. 156
Arthriticus. 156
Bezoardicusalbus. 156
Animalis. 156
Communis. 156
Sennerti. 157
Cachecticus Ludovici. 238
Quercetani. 157
Ad calculum. 157
Ad caſum. 158
Cephalicus albus. 158
Ex præparatis. 158
Pulvis ſeu ſpecificum cephalicum Michaëlis. 158
è Chelis cancrorum. 159
Cornachinus. 159
Dentifricius. 159
Deopilativus. 159
Ad Diſtockiam. 160
Dyſentericus. 160
Ad Dyſuriam. 160
Emplaſticus externus. 160
Epilepticus de gutteta. 161
Marchionis. 161
Niger. 161
Rindſcheidleri. 161
Ruber. 162
Pro epithemate cordis. 162
Hepatis. 162
Ad eryſipelas albus. 162
Ruber. 163
Febrilis. 163
Ad Fluorem album. 163
Gingivalis. 163
Gryſeus. 247
Haly. 163
Hannoverianus. 164
Hepaticus ruber. 159
Hyſtericus. 164
Lumbricorum compoſitus. 164
Manualis. 164
Nephriticus. 165
Odoratus externus. 165
Ophthalmicus externus. 165
Ad palpitationem cordis. 165
Pannonicus ruber. 166
Ad Partum. 166
Pectoralis loſchianus. 166
Pleuriticus. 167
Polychreſtus. 253
Præcipitans. 167
Pretioſus albus. 167
Sennæ compoſitus. 167
Solutivus de tribus. 167
Sperniolæ. 168
Stegnoticus. 168
Sternutatorius. 168
Stomachicus Pirckmani. 168
Strumalis. 169
Sympatheticus. 263
Syrius. 252
Ad tormina infantum. 169

Pulvis Trageæ ſtomachalis. 169
Ad tuſſim infantum. 169
Ad vermes. 170
Viperarum. 170
Virgineus. 170
Vitæ. 170
Pulvis equorum. 171
Pecorum. 171
Ad vermes equorum. 171
Pulveres fumales. 216
Pulvis fumalis arthriticus. 216
Carminativus. 216
Ad eryſipelatodes. 216
Ad incantationes. 217
Matricalis. 217
Ordinarius. 217
Peſtilentialis. 217
Pretioſus. 217

R.

Ranarum præparatio. 269
Requies Nicolai. 70
Reſina agarici. 252
Ligni aloes. 252
Sancti. 252
Radicis jalappæ. 251
Mechoacannæ. 252
Scammonei. 252
Succini. 253
Turpethi. 252
Rob Myrobalanorum. 73
Cydoniorum. 209
Cynosbatos. 210
Ebuli. 210
Juniperi. 210
Mororum. 210
Nucum. 210
Sambuci. 210
De ſpina cervina. 210
Ros vitrioli. 194
Rotulæ berberum. 42
Diacodii ſolidi. 42
Crocatæ. 42
Diaireos. 42
Crocatæ. 42
Diatragacanthi frigidi. 42
Cum bolo. 43
Manûs Chriſti perlatæ. 43
Simplices. 43
Ad vermes. 43
Violarum. 43

S.

Saccharum lactis. 262
Martis. 262
Roſatum tabulatum. 44
Saturni. 262
Sagapeni gummi præparatio. 267
Salia eſſentialia. 257
Sal Acetoſellæ. 257
Berberum. 258
Tartari. 91
Salia fixa chymica. 260
Sal armoniacum depuratum. 260
Coſmeticum. 261
Febrile. 261
Fuſum. 259
Jovis. 261
Lactis. 262
Martis ſubdulce. 262
Polychreſtum. 262
Prunellæ. 257
Saturni. 262
Sympatheticum. 263
Tartari. 263
Salia fixa vegetabilia. 258
Sal abſynthii. 258
Alkekengi. 258
Angelicæ. 258
Artemiſiæ. ib.
Betonicæ. ib.
Capparum. ib.
Cardui benedicti. ib.
Centaurii minoris. ib.
Chamædryos. ib.
Chamæmeli. ib.
Cichorei. ib.
Cochleariæ. ib.
Ebuli. ib.
Euphraſiæ. ib.
Fabarum. ib.
Fæniculi. ib.
Fraxini. ib.
Fumariæ. ib.
Geniſtæ. ib.
Gentianæ. ib.
Hellebori nigri. ib.
Hyperici. ib.
Juniperi. ib.

Sal

Sal lavendulæ. 258
Majoranæ. ib.
Meliſſæ. ib.
Menthæ. ib.
Ononidis. ib.
Petroſelini. ib.
Roriſmarini. ib.
Rutæ. ib.
Sabinæ. 259
Salviæ. ib.
Sambuci. ib.
Saxifragiæ. ib.
Scordii ib.
Tamariſci. ib.
Valerianæ. ib.
Vitis. ib.
Urticæ. ib.
Salia ſolubilia. ib.
Sal coralliorum. ib.
Margaritarũ occidentalium. ib.
Orientalium. ib.
Matris perlarum. ib.
Oculorum cancrorum. ib.
Salia volatilia. ib.
Sal anglicum naſale. ib.
Bufonum. 260
Cornucervi. 259
Cranii humani. 259
Fuliginis. 259
Lumbricorum. 260
Millepedum. 260
Oleoſum. 90
Succini. 260
Tartari. 260
Viperarum. 260
Ungulæ alcis. 260
Urinæ. 260
Sanguis cichorei chamædryatus. 52
Rhabarbarinus. 53
Simplex. 52
Sanguinis hircini præparatio. 269
Scillæ ſeu ſquillæ præparatio. 270
Serici crudi præparatiõ. 269
Sief album cum opio. 215
Sine opio. 215
Sotirella parva. 70
Species Di-ambræ. 172
Di-aniſi. 172
Di-anthos. 173
Contra apoplexiam. 173
Species Aromaticæ caryophyllatæ. 173
Roſatæ. 174
Dia-borracis. 174
Dia-Cinnamomi. 174
Cordiales temperatæ. 175
Dia-cretæ. 175
Dia-cubebarum. 175
Pro cucupha. 176
Dia-cumini. 176
Dia-curcumæ. 176
Dia-galangæ. 177
De gemmis frigidis. 177
Zwelfferianæ. 178
Hieræ picræ. 179
De Hyacintho. 178
Dia-jalappæ 179
Imperatoris. 179
Dia-Jovis. 179
Dia-Ireos. 179
Dia-Laccæ. 180
Lætificantes. 180
Liberantes. 180
Dia-Margariti. 181
Dia-Moſchi dulcis. 181
Dia-Olibani. 182
Dia-Pipereon. 182
Dia-Plantaginis. 182
Dia-Rhodon. 183
Dia-Tartari. 183
Dia-tragacanthi frigidi. 183
Dia-trion ſantalon. 183
Diaturbith cum rhabarbaro 184
Dia-Xyloaloës. 184
Specificum cachecticum Ludovici. 238
Cephalicum Michaëlis. 258
Stomachicum poterii. 238
Spiritus compoſiti. 185
Spiritus antimonii. 185
Aperitivus Penoti. 185
Aromaticus. 186
Aſthmaticus. 186
Carminativus Deckeri. 186
De tribus. 186
Epilepticus puerorum. 187
Fumans. 187
Maſtichinus. 187
Matricalis. 187
Mellis. 18
Menſtrualis. 187
Nitri dulcis. 188

Spiritus dia-Pente. 188
Salis armoniaci ammoniacatus. 188
Aniſatus. 188
Martialis. 188
Simplex. 188
Succinatus. 189
Vinoſus. 189
Dulcis. 189
Tartari. 189
Theriacalis camphoratus. 189
Dia-Trion. 190
Vini alkoholiſatus menſtrualis. 190
Sine odore. 190
Camphoratus. 190
Tartariſatus. 190
Vitrioli philoſophicus. 190
Dulcis. 194
Spiritus ſimplices. 191
Spiritus abſynthii. ib.
Aniſi. ib.
Beccabungæ. ib.
Calami aromatici. ib.
Carvi. ib.
Centaurii minoris. ib.
Ceraſorum nigrorum. ib.
Cochleariæ. ib.
Cornu cervi volatilis. ib.
E corde cervi ſiccato. 192
Corticum aurantiorum. 191
Citri. ib.
Cranii humani. 192
Cydoniorum. 191
Ebuli ex baccis. ib.
Fœniculi. ib.
Formicarum. ib.
Fragorum. ib.
Fuliginis. 192
Juniperi ex baccis. 191
Lavendulæ. 191
Liliorum convallium. 191
Ligni guajacini. 192
Lumbricorum terreſtrium. 191
Volatilis. 192
Meliſſæ. 191
Mellis. 192
Menthæ. 191
Naſturtii. 191
Nitri. 193
Spiritus Panis triticei. 193
Primulæ veris. 191
Roris marini. 191
Roſarum. 191
Rubi idæi. 191
Salis coagulatus. 263
Communis acidus. 193
Sambuci ex baccis. 191
Serpilli. 191
Sulphuris per campanam. 193
Tartari ſimplex. 193
Terebinthinæ. 194
Trifolii Fibrini. 191
Veneris. 194
Viperarum volatilis. 194
Viſci quercini. 192
Vitrioli. 194
Coagulatus. 264
Ungulæ alcis. 192
Urinæ. 194
Spodii præparatio. 268
Spongiæ præparatio. 269
Succini albi præparatio. 268
Citrini præparatio. 269
Succus acetoſellæ. 27
Berberum. ib.
Citri. ib.
Cydoniorum. ib.
Fragorum. ib.
Granatorum. ib.
Mororum. ib.
Myrtillorum. ib.
Pomorum redolentium. ib.
Ribium. ib.
Rubi idæi. ib.
De ſpina cervina. ib.
Sulphur vitrioli narcoticum. 264
Suppoſitoria. 219
Syrupus de abſynthio. 195
Acaciæ florum. 195
Acetoſæ. 196
Acetoſellæ. 196
Acetoſitatis citri. 196
De agreſta. 196
De althæa. 196
Anticauſodicus. 196
De artemiſia. 196
Aurantiorum corticum. 197
Berberum. 196

Syrupus de Betonica. 197
Borraginis florum. 197
Bugloſſi florum. 198
Capillorum veneris. 198
Cardui benedicti. 197
Ceraſorum acidorum. 196
De Cichoreo cum rhabarbaro. 198
Simplex. 197
De Cinnamomo. 198
Cochleariæ. 197
Contrajervæ. 199
Coralliorum. 199
Citri è corticibus. 199
Cydoniorum. 196
Seu Diacodium crocatum. 205
Liquidum. 205
Diaſereos. 200
Domeſticus. 200
De duabus radicibus. 200
Emeticus. 201
Endiviæ. 197
Enulæ. 201
De Eryſimo. 201
Farfaræ florum. 198
Fragorum. 196
Fumariæ compoſitus. 201
Simplex. 197
Gemmatus. 202
Granatorum acido dulcium. 196
Dulcium. 196
Granorum kermes. 202
Hederæ terreſtris. 197
De Hyſſopo. 203
De Jujubis. 203
De liquiritia. 203
Mannatus. 203
Meliſſæ. 197
Menthæ. 197
Mororum. 196
Myrtillorum. 196
Nymphææ florum. 198
Papaveris albi. 204
Erratici. 198
Perſicorum florum. 196
Plantaginis. 197
Pœoniæ florum. 198
è Pomis regis ſaporis. 204
Simplex. 196
Syrupus Portulacæ ſimplex. 197
Ribium. 196
Roſatus aureus moſchatus. 196
De roſis ſiccis. 204
Solutivus. 196
Rubi idæi. 196
Scabioſæ. 197
Scelotyrbicus. 205
Scordii. 197
De ſiliquis. 205
De ſpina cervina. 200
De ſymphyto. 205
Tunicæ florum. 198
Veronicæ. 197
Violarum. 205

T.

Tabulæ de althæa. 43
Tali leporis præparatio. 269
Talpæ præparatio. 269
Tartarus chalybeatus. 264
In cremore. 264
Emeticus. 264
Nitratus. 265
Solubilis. 265
Vitriolatus. 265
Amaricans. 265
Terebinthina cocta. 270
Terra foliata tartari. 91
Vitrioli dulcis. 265
Terræ ſigillatæ albæ præparatio. 268
Rubræ præparatio. 268
Thee germanicum. 55
Theriaca andromachi. 71
Cœleſtis. 126
Dia-teſſeron. 73
Smaragdina. 73
Tinctura aloes. 92
Amaricans. 92
Anodyna. 93
Antihypochondriaca. 93
Antimonii aniſata. 93
Cum liquore nitri fixi. 93
Tartariſata. 94
Antinephritica. 94
Antiphthiſica. 94
Aperitiva dulcificans. 94
Arthritica. 94

Tinctura auri. 95
Compendioſior. 96
Balſamica. 96
Bellidis. 52
Benzoes. 96
Bezoardica. 97
Coralliorũ cum ſpiritu panis. 97
Cum ſucco citri. 97
Febrilis. 98
Laccæ. 98
Lunæ. 98
Martis adſtringens. 98
Aperitiva. 99
Helleborata. 99
Cum ſucco pomorum. 99
Tartariſata. 100
Metallorum. 100
Myrrhæ vide eſſentia.
Papaveris erratici. 53
Proprietatis. 101
Roſarum. 54
Seri lactis. 54
Stomachica. 101
Succini vide eſſentia.
Seu panacea tartari. 101
Tartari ſimplex. 102
Cum aurantiis. ib.
De Tribus. ib.
Trochiſcorum. ib.
Vitrioli martis. 99
Trochiſci de abſynthio. 211
De agarico. ib.
De agno caſto. ib.
Alhandali. 212
Aliptæ moſchatæ. ibid.
Alkekengi. ibid.
Alkermes. ibid.
De Capparibus. 213
De Caſcheov. ibid.
De Charabe. ibid.
De Eupatorio. ibid.
Fumales gryſei. 218
Nigri. ibid.
Seu Gallia moſchata. 214
Gordonii. ibid.
De Myrrha. ibid.
De Rhabarbaro. 215
Ad oculos ſief album cum opio. ibid.
Sine opio. ibid.
Trochiſci ſublinguales. ibid.
De Verbaſco. ibid.
Ad vermes. ibid.
Vitæ. 216
Turpethum minerale. 265
Tutiæ alexandrinæ præparatio. 270

U.

Vinum Cydoniorum. 27
Granatorum acidorum. ib.
Dulcium. ib.
Ribium. ib.
Rubi idæi. ib.
Viperæ vivæ præparatio. 270
Vitriolum Martis. 266
Veneris. 266
Vomitivum. 266
Unguentum ægyptiacum. 219
Agrippæ. 219
Alabaſtrinum. 220
Album camphoratum. ibid.
Simplex. ibid.
Althææ. ibid.
Ad Ambuſta igne. 221
Ex pulvere pyrio. ibid.
Anodynum. ibid.
Apoſtolorum. ibid.
De Arthanita 222
Ad Atrophiam externorum. ib.
Aureum. ibid.
Baſilicum. 223
Calendulæ. ibid.
Carminativum. ibid.
Clyſmaticum. ibid.
Comitiſſæ. 224
Ad Crines creſcendos. 224
Deopilativum. 225
Digeſtivum. ibid.
Felix Würzii purpureum. ibid.
Fuſcum. ibid
Ad Hæmorrhoides. 226
Infrigidans galeni. ibid.
De Linaria. ibid.
De Liquiritia. ibid.
De Lithargyrio. ibid.
Majoranæ. 227
Martiatum. 227
Maturativum. 225

Un-

Inguentũ ad membra geluperuſta. 227
Mendicorum. 228
De Minio. 228
Nervinum. 228
Nicotianæ. 229
Nihili. ibid.
Paralyticum. ibid.
Pectorale. ibid.
Pediculorum. 230
Pleuriticum. 230
Pomatum. 230
Populeum. 231
Ad Ranulam linguæ. 231
Reſumptivum. 231
Roſatum Meſue. 232
Simplex. 232
Rubrum potabile. 232
Santalinum. 232
Ad ſcabiem. 232
Somniferum. 233
Spleneticum. 233
Stomachicum. 233
Pretioſum. 233
De Tutia. 234
Verbaſci. 234
Contra Vermes. 234
Viride reginæ. 234
Ungulæ alcis præparatio. 269
Unicornu foſſilis præparatio. 269
Veri præparatio. 269

ERRATA

Si quæ benevolus Lector, ex inadvertentia typi, deprehenderit, pro ſua in litterarium commercium benevolentia, gratioſe ſupplere non dedignabitur.

FINIS.

Decoctum, seu infusum Citri totius: pag: 48.
Syrupus Citri e corticibus pag: 199.
Elaeosaccharum [illegible] Citri. pag: 40. col. 2do
Pulvis Dentrifricus. pag. 159.